This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 998,214

PROPERTY OF
University of Michigan Libraries
1817
ARTES SCIENTIA VERITAS

AEMILIVS CHATELAIN

# VNCIALIS SCRIPTVRA

## CODICVM LATINORVM

## NOVIS EXEMPLIS ILLVSTRATA

EXPLANATIO TABVLARVM

PARS PRIOR

PARISIIS

APVD H. WELTER, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA BERNARD-PALISSY, 4

M DCCCC I

# VNCIALIS SCRIPTVRA

Émile
AEMILIVS CHATELAIN

# VNCIALIS SCRIPTVRA

## CODICVM LATINORVM

## NOVIS EXEMPLIS ILLVSTRATA

EXPLANATIO TABVLARVM

PARISIIS
APVD H. WELTER, BIBLIOPOLAM
VIA DICTA BERNARD-PALISSY, 4

M DCCCC I

Z.
114
C492u

Bates
Champeoce
1-7-24
9757
2pts + folio

# PRAEFATIO

Uncialis scriptura, scilicet ea quam rotunditas litterarum, praesertim *e, m, u,* a capitali secernit, et semiuncialis in qua *b, e, m, r, s* minusculam, ut loquimur, formam jam usurpant, a quarto minimum usque ad nonum post C. n. saeculum viguerunt. Omnes quotquot supersunt hujus temporis codices manuscripti et veneratione et studio nostro dignissimi sunt. Quanquam autem post principale opus a Carolo Zangemeister et Guilelmo Wattenbach editum, post magnificam Societatis palaeographicae Londinensis syllogen, post splendidum Societatis nostrae Scholae Chartarum Album, post varios Leopoldi Delisle libros tabulis illustratos, post Monumenta e Taurinensi Expositione nata, fatendum est celeberrimorum codicum uncialibus vel semiuncialibus litteris scriptorum specimina vulgata esse, tamen non pauci supersunt quorum vel nullos vel raros versus fideliter expressos reperire possis.

Dum classicorum latinorum codicibus per varias Europae bibliothecas studebam, reliquis antiquae scripturae monumentis abstinere nequivi, neque Bibliam vel Patres neglegendos duxi quoties occasio mihi favit. Sic multa documenta manuscripto-

rum incognitorum vel parum cognitorum paulatim ad usum discipulorum meorum cumulavi. Tum vero liberalius fore reputavi si non modo Sorbonae auditores sed omnes docti aut palaeographicae disciplinae curiosi aut in quaestionibus biblicis vel litteris Patrum occupati iisdem subsidiis uti, eadem voluptate, qua ego ipse, frui possent. Non cuivis enim plerasque Europae collectiones per quinque lustra adire, pervolvere, excerpere contigit. Me autem in hac indagine viri bibliothecis praefecti, collegae carissimi, non minime adjuverunt, iisque, si quid utilitatis collectio mea habuerit, maxima pars laudis debebitur.

Sic natum est mihi propositum nova specimina edendi, quod quasi supplementum vel auctarium vulgatis collectionibus fieret. Itaque centum tabulas desumpsi, quarum sexaginta uncialem, quadraginta semiuncialem scripturam illustrant. In numero quarum quattuor vel quinque maximi momenti codices, etsi jam nobilitatos, iterum ponere decrevi, ut etiam notiores fierent.

Sangallensis Veronensisque bibliothecae, jam a palaeographis exploratae, multa mihi exempla nova suppeditaverunt; ut Bobiensis ita Corbeiensis coenobii specimina aucta sunt, at schola Floriacensis collectis tam dispersis codicibus nitore suo fulget. Unde tracti sint manuscripti qui hic comparent, hoc est in quo loco olim servata fuerint, quantum licuit indicavi; tamen contendere nolim originem codicum hac mentione statui, nam saepius inter se monasteria Benedictina codices commutaverunt, et quando condita sunt eadem monasteria, aliunde libros acceperunt.

Quo singuli codices saeculo scripsi sunt, ut mihi visum est,

eodem ordine posui, at si quis fini saeculi a me dicto initium sequentis praeferat, non ego infitias ibo, adeo est adhuc lubrica inter doctos quaestio. Attamen nonnulla observavi quae fortasse non inutilia erunt, tam de litterarum ductibus quam de modo quaterniones signandi circa finem saeculi septimi, mea quidem sententia, mutato.

Ad aetatem codicum definiendam non modo scriptilia elementa, genus membranae, locus signi in quaternionibus, utilia conferunt, sed etiam humanitatis gradus; septimum enim saeculum octavique pars prior iis amanuensibus contaminantur quos nulla eruditio, nullus fere litterarum cultus imbuerat, quibus confusio syllabarum vel commutatio pronuntiationis parum displicebat. Sic latinitas in dies decrescens subsidium haud contemnendum palaeographicis studiis suggerit.

Omnia exempla mea e codicibus ipsis expressa sunt, archetypi magnitudine accurate servata; in quo maxima difficultas, cum artifices, photographica arte utendo, majori vel minori efficiendae imagini facile indulgeant[1]; quod tamen maximi momenti judicamus praesertim in iis jamdiu mutilis vel dispersis libris quorum pars alia in regionibus longinquis inveniri potest.

Cum autem tabulis heliotypica arte expressis charta levigata vel corusca, a triginta annis usurpata, grave periculum minetur, quia, si chemicis doctissimis fides adhibenda, timendum est ne cum glutino chartae imago pereat, Batavam chartam elegimus. Itaque tabulas tamdiu nostras quamdiu cetera typographiae monumenta duraturas confidimus. Inter quas si quae nigriores obscurioresve videbuntur, non obliviscendum est ori-

1. Imago Cypriani Bobiensis (tab. IV, 2°), me invito, paulo minor evasit, cum singulae codicis columnae ad 0,175$^{mm}$ altae sint.

ginalia pleraque, imprimis fragmenta quae repraesentari hic voluimus, temporis injuriam ita passa esse ut aliquando litterae evanidae ab flavescente membrana aegre discernantur.

In explanatione tabularum hanc mihi regulam imposui ut potius quid prima manu exaratum sit transcriberem, cum ea lectio potior videatur ad ingenium codicis manifestandum, correctionibus in notas relegatis; at tempori parcens et ne fastidium lectori nimiae notae moverent, quidquid posterius additum est uncis [ ], quidquid autem expunctum vel erasum est semicirculis ( ) significavi. Ceterum si quis artem criticam in singulas tabulas exercere voluerit, ad eas editiones quas notavi recurret.

Parisiis, XV kal. Jul. an. MDCCCCI.

# QUINTUM POST CHRISTUM NATUM SAECULUM

Quinto (et fortasse nonnulli quarto) saeculo tribuendi videntur ii codices in quibus L omnis caudae expers rotunde vel directe desinit, P ventre modesto et male clauso, R etiam parvo ventre vix dimidiam hastam aequante notatur, F ac T brevibus lineolis transversis parvum occupant spatium, M semicirculis puris, N tribus lineis ornamento destitutis exaratur.

Praeterea inveniuntur in quibusdam libris compendia $D\overline{M}S$, $D\overline{M}I$, $D\overline{M}O$, pro *Dominus*, *Domini*, *Domino*, etc.; at id antiquitatis summae testimonium, quod jure admiserunt critici, non tamen in omnibus vetustissimis codicibus apparet, unde fortasse cujusdam regionis, nedum aetatis, proprium esse putandum est. Etiam lineola, saepe puncto subjacente, in fine versuum usurpata pro M vel N non supra sed juxta vocalem praecedentem hoc saeculo plerumque ponitur, at non in cunctis manuscriptis; sic diversarum quoque regionum mores in scribendo patefiunt.

Quaternionum pagina ultima in parte dextra imi marginis numeratur. Aliquando codices duabus columnis scripti puncta circini ad versus dirigendos adhibiti[1] in intercolumnio servant, qui fortasse Africae vel Hispaniae usus fuit.

1. Cf. *Journal des Savants*, 1900, p. 45-46.

## TABVLA I

1° SANCTI GALLI in Helvetia. Codex bibliothecae coenobii n° 1394, pag. 57 : Prisca versio euangelii sec. *Matthaeum* XX, 22-28.

paratum est a pa-
tre meo. Et audi-
entes decem con-
tristati sunt de duo-
bus fratribus ; Ihesus
autem vocavit eos
ad se et ait : scitis quod
principes gentium
dominantur eo-
rum et qui majo-
res sunt potestatem
exercent in eis ; non
ita erit inter vos,
sed quicumque
voluerit inter vos
major fieri erit ves-
ter minister, et qui
voluerit inter vos
primus esse erit ves-
ter servus.
Sicut filius hominis
non venit ministra-
ri sed ministrare
et d[are anima]m
suam, redemptio-
nem pro multis,
vos autem quae-
ritis de pusillo cres-
cere et de majore
minores esse.
Intrantes autem
et rogati ad cenam
nolite recumbe-
re in locis eminen-
tioribus, ne forte
clarior te superve-
niat et accedens
qui ad cenam vo-
cavit te dicat tibi :
adhuc deorsum
accede, et confun-
daris ; si autem in
loco inferiori[1] re-
cubueris et super-
venerit [hu]milior
te, dicet tibi qui te
ad cenam vocavit :
accede adhuc su-

Codicis hujus venerandi, versionem euangeliorum ante Hieronymum propagatam continentis, supersunt 20 folia vel fragmenta, quibus tamen addendum folium unum in manuscripto n° 70 bibliothecae Vadianae ejusdem civitatis conservatum, necnon fragmenta duo Curiensia in musaeo Rhaetico

1. Corr. *inferiore*.

monstrata. Cf. Batiffol, *Revue archéologique*, 1885, II, p. 305-321 (cum effigie fragmenti Vadiani); White, *Old-latin biblical texts*, t. II (Oxon., Clarend. 1886, 4°), p. XXIII-XXXI et 55-72; *Academy*, 1889, II, p. 104[b]; *Palaeographical Society*, II, 50; C. R. Gregory, *Prolegomena* ad Nov. Testam. graece... apparatum criticum apposuit Tischendorf (ed. 8[a] critica major; vol. III, Lips. 1894).

Vulgo Sangallensia littera *n*, Curiensia fragmenta signo $a_2$ critici designant.

2° SANCTI GALLI. Codex bibliothecae coenobii n° 912, pag. 26. Scriptura prior : *Prophetia Jeremiae*, 17, 13.

Domine, omnes qui te [dereli-]
querunt confun[dantur]
qui discesserunt [a terra]
scribantur in libr[o mortis]
quia derelinquer[unt fon-]
tem vitae Domini; cu[ra me Domine]
et salvus ero, tu es [enim cla-]
ritas mea, ecce hii [dicunt]

Paginae octo (25, 32, 26, 31, 304, 309, 303, 310) hujus codicis reliquias praebent duorum foliorum versionem antiquam Jeremiae continentium. Quam edidit Tischendorf (*Anecdota sacra et profana*, 2[a] ed., 1861, p. 231 sq.) et iterum F. C. Burkitt (*Texts and Studies*. Contributions to biblical and patristic literature. Vol. IV, n° 3, Cambridge, 1896, in Appendice : *The S. Gallen fragment of Jeremiah*).

Tam formis litterarum LRT optimis quam compendiis DM̄E (Domine), DM̄I (Domini), etc. quintum saeculum huic fragmento jure vindicatur.

Scriptura posterior saeculi octavi : *Glossae* « abba pater » [Corp. gloss. lat. ed. Goetz, vol. IV, p. 208].

armonia conpetens conjunctio
vel ex multis vocabolis
aptae modolatio aut duplex sonus

| | |
|---|---|
| argolica | greganiga |
| aridum | siccum |
| arentia | siccantia |
| armiger | armiportatur |
| arida | terra sicca *vel* sterelis |
| arcum | secretum *vel* incurvum aliqu[id] |
| quilicum | ventriculum |
| aquilum | fuscum nigrum |
| astra | stellae |
| astrologus et lunae | aestimatur siderum cursus |
| ascemo | inunestus |
| ast ego | ego autem |
| asper | durus |
| aspernatur | contempnit dispicet |
| astarium | ubi venduntur bona |
| asilum | locus confugientium |

## TABVLA II

PARISIIS. Bibliothecae patriae codex latinus 17225, fol. 21 : Prisca versio euangelii secundum *Matthaeum* XXI, 9-17.

MATTEUM

Turbae autem quae precedebant et quae sequebantur clamabant dicentes : Ossanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini. Ossana in altissimis.
Et cum intrasset Hierosolimis, cónmota est universa civitas dicen(te)s : quis est hic ?
orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncа latronum.
Et adcesserunt ad eum caeci et clodi in templo et sanavit eos.
Videntes autem (discipuli et) principis[1] sacerdotum et scribe[2] mirabilia quae fecit Ihesus et pueros clamantes

1. *principes* correctum est posterius.
2. *e* mutatum est in *ę* posterius.

Multi autem dixerunt :
hic est Ihesus propheta
a Nazareth Galiliae.
Et intravit Ihesus in templum
Dei et eicibat omnes ven-[1]
dentes et [e]mentes in
templo et mensas num-
mulariorum et *colum-
bas[2] vindentium[3] *cate-
dras evertit et dixit illis :
Scriptum est :
Domus mea domus
in templo et dicentes :
Osanna filio David
indignati sunt et di-
xerunt ei : Audis quid
isti dicunt?
Ihesus autem dixit eis : uti-
que, non legistis : ex
ore infantium et lac-
tantium perfecisti
laudem?
Et relictis illis abiit fo-
ras extra civitatem

De veterrimo illo libro, olim Corbeiensi 195, cf. Blanchini, *Euangelium quadruplex* (Romae, 1749), *Nouv. traité*, III, p. 92-93; *Pal. Soc.* I, 87 (cujus effigiem minore forma reddidit Reusens, *Elém. de pal.*, pl. III), C. R. Gregory, *Prolegomena*, L. Ziegler, *die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus* (München, 1879, 4°), p. 108. Versio prisca euangeliorum cum interpolationibus e Vulgata tractis ibi invenitur.

Verba loquentium partem tantum columnae occupant ut manifestiora sint, quod in antiquissimis tantum libris invenitur. Puncta circini in intercolumnio cernuntur. Quin saeculo septimo codicem hunc tribuamus prohibet forma optima litterarum LTPR, etc. Sane ante conditum Corbeiense monasterium scriptum est.

## TABVLA III

PETROPOLI in Russia. Bibliothecae Caesareae codex Q. v. 1. 3, fol. 127 : Augustinus *de doctrina Christiana* I, 44-II, 1 [t. III, p. 40 sq. editionis ap. Gaume fratres datae, an. 1836].

Per nos multa jam dic-
ta sunt ; modus itaque
sit iste libri hujus, ce-
Quoniam de reb*us* quum
scriberem praemisi com-
monens ne quis in eis

1. Littera *n* posterius addita.
2. Vocibus *columbas* et *catedras* praemissum est signum transmutationis.
3. *vendentium* correctum est posterius.

tera de signis quantum Dominus dederit disseremus.

*Emenda*[*vi*].

AUGUSTINI EPISCOPI

ECLESIAE CATHOLICAE

DE DOCTRINA CHRISTIANA

LIBER PRIMUS EXP[LICIT]

INCIPIT SECUNDUS.

attenderet nisi quod sunt, non etiam si quid aliud praeter se significant, vicissim de signis disserens hoc dico, ne quis in eis attendat quod sunt sed potius quod signa sunt, id est quod significant. Signum est enim res præter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire ; sicut vestigio viso transisse animal quujus vestigium est cogitamus et fumo viso ignem subesse cognoscimus et voce animantis audita adfectionem animi ejus advertimus, et tuba sonante milites vel progredi se vel regredi et si quid aliud pugna pos-

Codicem olim Corbeiensem, deinde n° 254 notatum in abbatia Sancti Germani a Pratis Parisiensi, justis laudibus extollebant Benedictini (*Nouv. traité*, III, p. 94, not. 1 ; 146, not. 1 ; 147, 149, 212, 241, 419, 424) ; fures saeculo XVIII° exeunte abstulerunt cum aliis pretiosis (cf. Delisle, *Le Cabinet des mss de la Bibl. nationale*, II, 55 sq.) ac Petrus Dubrowsky Musaeum suum eodem ditavit. Descriptionem vide in *Neues Archiv f. Geschichtskunde*, N. Folge, Bd. V, p. 24 sqq., et Josephum Zycha, *Corp. script. eccl.* vol. XLI, 1900, p. XIV-XV.

Omnium Augustini codicum antiquissimus is sane videtur. Notanda orthographia *quum* et *quujus* rarissime in manuscriptis usurpata. Continet libros duos ad interrogationes Simpliciani, Contra epistulam fundamenti, de agone Christiano, de doctrina Christiana. Versuum numerus variat.

## TABVLA IV

1° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 10592, fol. 121 : Cypriani *Epistola* 63, 10 [ed. Hartel, Corp. script. eccl., vol. III, Vindobonae, 1871, p. 708, 20-709, 14].

CAECILIUM

modo et calicem postquam cenatum est accepit dicens : hic calix novum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotienscumq*ue* biberitis in meam conmemorationem ; quotienscumque ederitis panem istum et calicem biberitis, mortem Dom*i*ni adnuntiatis quoad usq*ue* veniat.

Quod si a Dom*i*no praecipiatur et ab apostolo ejus hoc idem confirmatur et traditur, quotienscumq*ue* biberimus, in commemorationem Dom*i*ni hoc faciamus quod fecit et Dom*i*nus, invenimus non observari a nobis quam [1] mandatum est nisi eadem quae Dom*i*nus fecit nos quoq*ue* faciamus et calicem paratione miscentes divino magisterio non recedamus.

Ab euvangelio salutem praecepti somno non recedendum esse et eadem quae magister docuit et fecit discipulos quoq*ue* observare et facere debere constantius et fortius alio in loco beatus apostolus docens dicet :

Miror quod sic tam cito demutamini ab eo qui vos vocavit ad gratiam ad aliud euvangelium quod non est aliud nisi sint aliqui qui vos conturbant et volunt convertere euangeliu*m*

Codex olim Seguerii cancellarii, postea abbatiae Sancti Germani a Pratis Parisiensis, saepius a Benedictinis (*Nouv.*

1. Postea corr. *quod*, litteris AM superne expunctis.

*traité*, III, 55, 251, etc.) laudatus, de quo cf. praeterea Montfaucon, *Bibliotheca Coisliniana*, p. 240 sq.; Silvestre, *Paléogr. univ.* pl. CIV; De Wailly, *Éléments de paléographie*, II, pl. II, 2; Delisle, *Cab. des mss.* III, 207; pl. VI, 2; G. Hartel, Cypriani opera, t. III, *Praefatio*, p. II-VIII.

Verba loquentium retracta introrsus columna referuntur, compendia DM̄E, DM̄O, etc., occurrunt, litterae FLT, etc., optima forma praestant, unde saeculum quintum probari videtur.

2° MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex D 519 inf. fol. 1 : Cypriani *Epistula* 52, 3-4 [ed. Hartel, p. 619, 11-620, 4].

DE NOVATO

et lucrandae damnationis excipiens.
Haec omnia commisit et miscuit et qui eici de ecclesia et excludi habebat, judicium sacerdotum voluptaria discessione praecederat, quasi evasisse sit poenam praevenisse sententiam.
Circa ceteros autem fratres elaboramus quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris perniciosum latus fugiant, ut laetales laqueo scilicet tantis euandant et [de] qua ille pelli divinitus meruit ecclesiam repetant.
Quos quidem Domino adjuvante per ejus misericordiam regredi posse confidimus, neque enim potest perire nisi quem constat. esse periturum, cum Dominus in euangelio suo dicat :

> Omnis plantatio quam non plantavit pater meus caelestis aeradicabitur.

Qui plantatus non est praeceptis Dei patris et monitis, solus poterit de ecclesiam ille discedere, solus episcopis derelictis cum schismaticis in furore remanere, ceteros vero nobis adunabit Dei patris misericordia et Christi

Bobiensis[1] codicis, cujus tres quaterniones in Taurinensi bibliotheca (F. IV. 27) conservantur, Ambrosianus de quo agimus paginas 16 partim mutilas tam in principio quam in fine codicis Cassiodorum continentis praebet. Cf. Hartel, p. XXVII sqq.

Verba loquentium retracta introrsus columna referuntur. Tituli minio vel atramento ita scribuntur ut rubrum versum niger versus excipiat et praecedat. Vota in fine cujuscumque epistulae obvia unciali minore exarantur. Denique in plerisque foliis spatium inter columnas vacuum punctis iis foratum est quae ad lineas dirigendas servierant priusquam scriba operae incumberet.

## TABVLA V

1° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex 169 (in novo Catalogo 192), fol. 1 v° : Cyprianus *ad Donatum* 15-16 [ed. Hartel, p. 15, 17-16, 6].

AD

Sit tibi vel oratio ad-
sidua vel lectio ; nunc
cum D$\overline{\text{eo}}$ loquere nunc
D*eus* tecum ; ille te prae-
ceptis suis instruat,
ille disponat : quem ille
divitem fecerit nemo
pauperem faciet, penu-
ria nulla esse jam po-
terit cum semel pec-
tus caelestis sagina
saturavit.

tiae, luminemus l[uce
justitiae. Non hæc u[nquam
procumbet in lap[sum
senio vetustatis nec
pigmento parietis [aut
auro exolescente [foe-
dabitur ; caduca su[nt
quæcumq*ue* fucata s[unt
nec fiduciam praeb[ent
possidentibus st[abi-
lem, quae possessi[onis
non habent verit[atem.

1. Cave ne hunc confundas cum alio Bobiensi Cypriani codice (Taurinensi G. v. 37) omnium me judice antiquissimo, in quo ubique D$\overline{\text{MS}}$, D$\overline{\text{MO}}$, etc., nec non D$\overline{\text{EO}}$, D$\overline{\text{EI}}$ invenitur, cujus imaginem dederunt ***Monumenta sacra palaeographica*** (Taurini, 1899), tav. V, 1°.

Jam tibi auro distincta laquearia et praetiosi marmoris cristis vestita domicilia sordebunt cum scieris te] excolendum magis] te potius ornandum], domum tibi hanc] esse potiorem quam Dominus in]sedit templi vice] in quo spiritus sanctus coe]pit habitare ; pingamus hanc domum pigmentis innocen-

Hoc manet cultu jug[iter vivido, honore in[tegro, splendore diu[turno, aboleri non po[test nec extingui, potes[t tantum in melius c[orpore redeunte for[mari. Haec interim brev[ibus, Donate carissime ; nam et facilem bo[nitatem patientiam mentem in Deum soli[dam fidem tuam salu[taris auditus oblec[tat

Codicem pretiosissimis fragmentis refertum descripsit Samuel Brandt, *Sitzungsb. d. Münch. Akad.*, t. CX, 1886, p. 167 sqq. Folium Cypriani unicum ac mutilum quod e tegumento cujusdam libri, ut reliqua, dom. Chazal collegit, in schola eadem atque praecedens codex scriptum videtur. Puncta circini in intercolumnio ad versus dirigendos infixa apparent, et nisi 26 versus invenirentur, cum fragmenta Ambrosiana Taurinensiaque 23 habeant, ex eodem codice folium Aurelianense tractum conjicerem. Dissimilis quidem forma litterarum B et R, at plures scribas saepe uni codici laborem impendisse scimus; praeterea numerus versuum in uno codice non raro variat. Quidquid id est, antiquissimi codicis reliquias habemus. Animadversione digna linea supra vocem *Deo* (l. 3), velut in Vercellensibus Euangeliis et schedis Fuldensibus, apposita.

2° AURELIANI. Ejusdem codicis fol. 38 v° : Augustinus *Enarratio in Psalmum* V, 7 [t. IV, p. 25 edit. ap. Gaume datae, Paris, 1835].

quod]est ; si enim hoc dicitur quod est,
verum dici]tur ; si autem hoc dicitur quod
non est, me]ndacium est. Ideo, inquit, perdes
omnes qui loq]uuntur mendacium, quia recedentes ab eo qu]od est ad id quod non est declinan-

tur. Multa] quidem videntur pro salute aut
com]modo aliquujus non malitia sed benig[ni-
tate] mendacia, quale illarum obstetri[cum
in Ex]odo quae Pharaoni falsum renun[tiave-
ru]nt ut infantes filiorum Israhel non
neca]rentur. Sed etiam ista non re sed ind[ole
lau]dantur, quoniam qui tantum hoc mo[do
m]entiuntur merebuntur aliquando [ab
o]mni mendacio liberari. Nam in his qui [per-
fecti] sunt nec ista mendacia inveniuntur
quib]us dictum est : Sit in ore vestro, est
est ; n]on, non ; quidquid amplius est, a malo [est ;
nec i]nmerito alio loco scribtum est :
os qu]od mentitur occidit animam ; nequ[is
arb]itretur perfectum et spiritalem ho[mi-
n]em pro ista temporali vita in cujus m[orte
n]on occiditur anima sive sua sive alte[rius
d]ebere mentiri. Sed quoniam aliut e[st
me]ntiri, aliut est verum occultare ; si q[ui-
dem] aliut est falsum dicere, aliut veru[m

Multa passum est illud pulchri codicis unicum fragmentum, cujus si litteras optime formatas respexeris, saeculo quinto vel saltem incipienti sexto libenter tribues. Animadversione digna v. 7 orthographia : « aliquujus ».

## TABVLA VI

VERONAE. Bibliothecae Capituli codex XXVIII, 26, fol. 80 : Augustinus, *de Civitate Dei* lib. XIII, c. 4 [p. 619, 14-620, 2 ed. Hoffmann, Corp. scr. eccl. vol. XL, Vindob. 1899].

Ipsa fides enervaretur, quae tunc est
fides quando expectatur in spe quod
in re nondum videtur ; fidei aut*em*
robore adque[1] certamine in major*ibus*
dumtaxat aetat*ibus* etiam mortis fue-
rat superandus timor, quod in *sanctis*
martyr*ibus* maxime eminuit ; cujus
profecto certaminis esset nulla vic-

1. Posterius *atque* correctum est.

toria, nulla gloria, quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lavacrum regenerationis jam *sancti* non possent mortem perpeti corporalem. Cum parvulis autem baptizandis quis non ad Chr*isti* gratiam propterea potius curreret ne a corpore solverentur? atq*ue* ita non invisibili premio probaretur fides, sed jam nec fides esset, confestim sui operis quaerendo et sumendo mercedem. Nunc vero majore et mirabiliore gratia Salvatoris in usus justitiae peccati poena conversa est. Tunc enim dictum est homini : morieris si peccaveris ; nunc dicitur martyri : morere ne pecces ; tunc dictum est : si mandatum transgressi fueritis, morte moriemini ; nunc dici(m)tur : si mortem recusaveritis, mandatum transgredimini. Quod tunc timendum fuerat ut non peccaretur, nunc susci-

*In margine* (saeculi noni manu) : R[*equirendum*]. Si in baptismo mors // n*on* subsequeretur, invi-//sibili praemio fides n*on* pro-// bareretur.

R[*equirendum*] morieris.

(Cursoria scriptura antiquiore) : de merenti (?)

De codice libros XI-XVI de Civitate Dei continente egerunt A. Reifferscheid, *Biblioth. Patrum Italica*, I, p. 8-10; B. Dombart (ed. 2ª Teubneriana, Lips. 1877) I, p. VIII, Emanuel Hoffmann, Praefat. editionis supradictae, p. VII-VIIII. Eum septimo saeculo antiquiorem esse jam animadverterunt Dombart et Hoffmann, cum scriptura adhibita Livii codices antiquissimos in mentem suggerat.

## TABVLA VII

VERONAE. Bibliothecae Capituli codex LI, 49, fol. 39 v°: Maximi Taurinensis episcopi *Expositiones de capitulis euangeliorum*, c. XXII [Migne, LVII, 829].

Oculi Dom*i*ni dicuntur qui speculantur
mundum et septem stellae in manu
Dei ; ita enim septem sportae plenae
superesse monstrantur ut semper
aeclesiae plenae gratia Chr*i*sti esse nos-
cantur. Item de caeco inluminato in
sequentibus dictum est quod iterum
Dom*i*nus Ih*e*sus Chr*i*stus videns caecum a nativi-
tate sua ita curaverit : Expuit, inquid,
in oculis ejus et inposuit manum sua*m*
et interrogavit eum si aliquid vide-
ret et dixit ille : « video homines sicut
arbores ambulantes, » et iterum in-
posuit ei manum et vidit clare om-
nia caecus iste cui nativitas sua no*n*
dederat lucem sed naufragium.
Visus in ipsa nativitate susceperat,
nunc consequitur a Dom*i*no medicina*m* ;
lux vera salvatoris nostri qui ejus
oculos tenebrasque inluminavit
captivitatem visus removit, libere
lucis donavit aspectum ; post longas
tenebras luminis impetu radiatus,
primo nutantibus oculis videbat qua-
si arbores ambulantes, deinde itera
ta

[*Quaternio*] V.

In margine, cursoria scriptura : de ceco.

Has Maximi Taurinensis expositiones solus conservasse videtur codex Veronensis, cujus descriptionem vide ap. Reifferscheid, *Bibl. Patrum Ital.*, I, p. 99-104.

## TABVLA VIII

AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 169 (nunc 192), fol. 40 : Lactantius *de Opificio Dei*, VII, 3-9 [p. 25, 3–26, 16 editionis a Samuele Brandt datae in Corp. scrip. eccl. vol. XXVII, fasc. 1, Vindob. 1893].

ET OPIFICIO DEI

eadem series et ordo membrorum est ; primum enim caput et huic annexa cervix, item collo pectus adjunctum et ex eo prominentes armi, adherens pectori venter, item ventri subnexa genitalia, ultimo loco femina pedesque. Nec solum membra suum tenorem ac situm in omnibus servant sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque et in eo dentes et lingua ; quae omnia cum sint eadem in cunctis animantibus, tamen[1] infinita et multiplex diversitas figurarum est quod ea quæ dixi aut productiora aut contractiora lineamentis varie differentibus compr(a)ehensa sunt q]uid ? illut nonne divinum quod in tanta viventium multitudine unumquodque animal in sui generis specie pulcherrimum est, ut si quid vicissim de altero in alterum transferatur, nihil aut pilos addas in quibus porrecti aequaliter corporis longitudo nihil aliut exigebat nisi ut maculis terga distincti et squamarum levitate subfulti in lubricos tractus sinuosis flexibus laberentur ; in quadrupedibus autem idem opifex contextum spinae a summo capite deductum longius extra corpus eduxit et acuminavit in caudam aut obscenae corporis partes vel propter foeditatem [te-] gerentur vel propter teneritudinem munirentur aut ut animalia quaedam minuta et nocentia motu ejus arcerentur a corpore ; quod membrum si detrahas, inperfectum fit animal ac debile ; ubi autem ratio et manus est tam non est id necessarium quam indumentum pilorum ; adeo in suo quaeque genere aptissime congruunt ut neque nudo a quadrupede neque homine tecto excogitari quicquam turpius possit. Sed tamen cum[2] ipsa nuditas hominis mire ad

1. Posterius N additum est, olim lineola sufficiente.
2. Posterius M additum est.

impeditius ad utilitatem nihil,
deformius ad aspectum videri
necesse sit ? ut si elefanto cervicem prolixam tribuas aut camelo brevem vel si serpentibus pedes
pulchritudinem valeat, non tamen etiam capiti congruebat.
Texit ergo illut pilo et quia in
summo futurum erat, quasi
summum aedificii culmen or-

Notae marginales. Superne : de conexione corporis *dicit*. — Inferius (praeeunte eodem signo quod v. 30 post « necesse sit » exstat) : elifantem cervicem brevem habere *dicit*, nam et alius auctor adserit ut sit nigri coloris.

Duo tantum folia supersunt egregii codicis qui reliquos etiam venerandos Lactantii libros antiquitate superare videtur. Cf. imagines Bononiensis 701 ap. Silvestre, *Paléogr. univ.* tab. 111, Taurinensis in opere recenti *Monumenta palaeogr. sacra* (Taurini, 1900), tab. VII, Sangallensis 213 palimpsesti ap. S. Brandt, Sitzungsb. d. Wiener Akad. vol. CVIII (1884), p. 231 sqq.

Quae de nostris fragmentis senserit S. Brandt vide in praefatione editionis supradictae, p. XII-XIII.

## TABVLA IX

VERONAE. Bibliothecae Capituli cod. XIV, 12, fol. 120 : Hilarius Pictaviensis, *de Trinitate*, V, 17 [Migne, X, 139].

V

turam, non tamen
Deus a se demutatur
cum in homine nobis aut videtur aut
nascitur familiari
inter se proprietate et nativitatis
et visus, ut quod natum est visum sit
et quod visum est
tum in homine fuisse, nunc visum
interim patriarchis in specie hominis Dei filium Deum verum doceamus
ex lege ; namque cum
Abrahae homo visus est et Deus adoratus et judex praedi-

nasceretur.
Et quia nondum nobis conlationis
euangelicae ac profeticae locus est,
institutum interim ex lege ordinem
persequamur; probaturi enim postea
ex euangeliis verum Dei filium na-
catus, et cum pluvit
Dominus a Domino ad significationem patris
et filii lex loquatur,
neque rursum existimandum est
quod patriarcha
nescierit quin Deum
verum adoraret
quem Deum intellegens adorabat.

*Infra columnam dextram :* non ambigitur quin quod pluit Dominus a Domino H[oc] S[upple]. *Quae reponenda sunt supra ubi scriptum est inter versus :* H[ic] D[est].

Codicem descripsit A. Reifferscheid, *Bibl. Patr. Ital.*, I, p. 95. Adde quaterniones in dextra imi marginis parte signatos, verba loquentium retracta introrsus columna scripta, membranam tenuem esse.

## TABVLA X

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 2630, fol. 186 v° : Hilarius Pictaviensis, *de Trinitate*, VIII, 56-IX, 1 [Migne, X, 278-280].

LIB. VIII

ditione mundi per ea
quae facta sunt intellecta aspiciuntur æterna quoque ejus virtus et divinitas.
Hujus itaque divinitatis
corporalis in Christo est,
non ex parte sed tota,
neque portio est sed plenitudo, ita corporali-
Tractantes superiore
libro de in<def>ferenti natura Dei patris et Dei fili,
et id quod dictum est :
ego et pater unum sumus, demonstrantes non ad solitarium
Deum proficere sed ad
unitatem indiscretae secundum gene-

ter manens ut unum
sint, ita unum sunt
ut a Deo non differat Deus,
ita indifferens a Deo Deus
ut perfectum Deum subs-
tituerit perfecta nati-
vitas, ita autem perfec-
ta nativitas ita autem
perfecta nativitas sub-
sistat, quia in Deo ex Deo
nato corporaliter di-
vinitatis inhabitet ple-
nitudo.

LIB. VIII EXPLICIT

INC[IPIT] EJUSDEM HILARI
LIB. VIIII.

rationem divinita-
tis, dum neque aliunde
quam ex Deo Deus natus
est, et ex Deo Deus non po-
test non id esse quod
Deus est, percursisque et-
si non omnibus tamen
ad intellegentiam
sufficientibus dicto-
rum divinorum ad-
que apostolicorum tes-
timoniis, quibus inse-
parabilis natura ac
potestas patris et fili
docebatur, usque ad hunc
apostolicae fidei locum
venimus quo ait :
Videte ne quis vos

Liber olim in monasterio Sancti Dionysii servatus, quod probant notae C+ decimo tertio, II. XLVII decimo quinto saeculo appositae. Vide Delisle, *Le cabinet des mss.*, III, p. 205 et pl. V. Benedictini (*Nouv. traité*, II, 395 not.; III, 174 not.) codicem ad quartum etiam saeculum posse referri autumabant, cui aetati obstat, ni fallor, forma litterae A. At certe antiquissimus et ad quintum saltem saeculum referendus videtur.

In eo inveniuntur notae scriptura Merovingica additae, ipsae veterrimae aetatis, quas vide in tabula Leopoldi Delisle supra citata.

## TABVLA XI

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 8907, fol. 59 : Hilarius Pictaviensis, *de Trinitate*, V, 23-25 [Migne, X, 145].

ostensae sibi in monte
veritatis instituit per
familiaritatem ad se lo-

euangelici distributio-
nem ad personae signi-
ficationem, demonstra-

quentis Dei, gloriam claritatis inconspicabilis sumpsit et corruptivam vultus sui speciem lux intolerabilis vicinae majestatis inplevit, Deum testatur, de Deo loquitur, ad hunc adorandum cum laetitia(m) gentium angelos Dei advocat, hujus placitas benedictiones Josef vertici inpraecatur et post h(a)oc solo concesso ei nomine audet quisquam negare quod verus est :

Nunc quia omni hoc sermone nostro demonstratum existimamus, nullam interpositam intellegentiae rationem fuisse[1], ne non secundum nomen naturae et natura nominis posset intellegi, cum virtus Dei, potestas Dei, res Dei, nomen Dei in eo(s) esset, quem Deum lex praedicabat ; quae secundum sacramenti ret et in creando mundo oboedientem dictis Dei Deum et in figurando homine[m] communis secum et Dei imaginis Deum creatorem et in judicandis Sodomitis judicem Deum a Domino, et in largiendis benedictionibus et discernendis mysteriis legis angelum Dei Deum, ut [ad] salutarem confessionem in patre Deo et in filio Deo Deus semper ostensus naturae veritatem ipso naturae nomine e(t)doceret, cum lex Deum utrumque significans ambiguitatem non relinqueret veritatis.

Tempus jam nunc est ut quod piae et religiosae lex docuit non inpiae furto hereticae stultitiae praedicari sinamus, quae Dei filium negatura sic coepit :

> Audi, Istrahel Dominus Deus tuus unus est.

Is codex saeculo undecimo servabatur in coenobio Sancti Petri Carnotensis (vid. *Catalogue général des mss.... de France,* XI, 1889, p. XXIII, n° 76), at saec. sexto decimo exeunte in bibliotheca ecclesiae beatae Mariae Carnotensis (vid. ibid. p. XIX, n° 172) sic notatur : « Hilarii de Trinitate libri XIII;

1. Litteris H[ic] D[eest] respondent litterae infra positae H[oc] S[upple] :
ut Deus verus et Deus falsus in sensum
humane mentis incideret, cum
Deum et Deum et Dominum et Dominum lex locuta
sit, neque in nominibus naturisquae
significatam diversitatem fuisse.

liber I^us^ deest. In fine est : Epistola Hilarii adversum Auxentium Arrianum explicit. Ibidem ejusdem Hilarii de exilio. Ibidem Ambrosii de fide libri 2. Ibidem item gesta episcoporum Aquileia adversus haereticos Arrianos, sic incipit : Concilium quod convenit Aquileiae dilectissimis fratribus episcopis provinciae Viennensium et Narbonensium primae et 2^as^. Agimus gratias... etc. Fol. majusculis litteris, optimæ notæ ». Ejus imagines vide ap. Zangemeister et Wattenbach, *Exempla*, tab. XXII; L. Delisle, *Le Cabinet dès mss.*, pl. VIII ; Fr. Kauffmann, *Aus der Schule des Wulfila* (Strasburg, 1899, 4°).

Notas marginales scriptura semiunciali additas circa Ambrosii textum G. Waitz (*Ueber das Leben und die Lehre des Ulfila*, Hannover, 1840) manu Maximini episcopi, Sancti Ambrosii aequalis, scriptas putaverat, at W. Bessell (*Ueber das Leben des Ulfilas*, Gotting. 1860) animadvertit fragmenta Codicis Theodosiani inesse, unde non nisi post annum 438 margines impletos esse.

Quinto saeculo scriptum Wattenbach (*Anleitung z. lat. Pal.*, p. 16) et Delisle, l. c., admiserunt, alii ad sextum vel septimum rejecerunt (vid. Kauffmann, p. XIX sq.). At scriptura semiuncialis, cursoriae non multo dissimilis, ejus generis est quod saeculo quinto tribuendum est.

Uncialis scriptura ipsa bonas litterarum F L P formas observat; verba loquentium retracta introrsus columna referuntur ; membrana tenuis est ac candida.

## TABVLA XII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 152, fol. 14 : Hilarius Pictaviensis, *Tractatus in Psalmum 132*, 6 [p. 689, 3-18 editionis ab Antonio Zingerle datae in Corp. scr. eccl., t. XXII, 1891].

### CXXXII

a se intervallo hi montes diversi sunt ; neque nescio cujus liber exstat, quod angeli concu-

sunt natura fert ut ros
a loco in locum descen-
dere posse videatur,
sed haec relinquamus
et quod est potius trac-
temus. Sion est secun-
dum doctrinam cae-
lestem ecclesia, vel quæ
nunc est vel quae erit
sanctorum per resur-
rectionem glorifica-
torum et laetantium
angelorum coetu fre-
quentata. Hermon au-
tem mons est in Foeni-
ce, cujus interpraetatio
anathema est; quod enim
nobiscum anathema
nuncupatur id hebrei-
ce Hermon dicitur. Fer-
tur autem id de quo etiam
piscentes filias hominum
cum de caelo decede-
rent, in hunc montem
maxime excelsum con-
venerint et illic de con-
cupiscentiae suae desi-
deriis disposuerint.
Sed haec praetermitta-
mus, quae enim libro
legis non continentur
ea nec nosse debemus.
Commemorata autem
ob id tantum sunt quia
nos de hoc monte Dei
per profetam professio
commovebat, certe ho-
die gentes montem
hunc profana religio-
ne venerantur et in-
terpraetationem nomi-
nis sui quod est anathema.

Inter columnas : hebraice. — Mons (?) — Nota de apo || kryfo Enoch || libro.

In margine dextro : Tenenda || prorsus sen||tentia.

Liber e variis fragmentis a Baluzio conflatus unum Hilarii quaternionem, qui fuit XXI[us] codicis perditi[1], praebet (fol. 9-16). De eo pluries Benedictini (*Nouv. traité* III, 37 not., 225) locuti sunt. Dolendum est illud fragmentum Ant. Zingerle fugisse, quippe quod lectiones in palimpsesto Sangallensi evanidas restituere permittat.

Quoad scripturam, alium Hilarii super Psalmos codicem, scil. Lugdunensem 381 (cujus duae paginae in *Album paléographique* a Societate Scholae Chartarum edito et descriptio ampla in *Not. et extr.* XXIX, 2[e] p., p. 366) comparare possumus. Quanquam multa in utroque congruunt, fragmentum

1. Quaternionis pagina prima (quod raro fit) in angulo sinistro imi marginis notatur, at sitne antiqua manu appositus is numerus incertum est.

Parisiense Lugdunensi antiquius videtur, cum littera M nondum in formam lunulae incipiat, cum lineae in fine versuum appositae pro M vel N vocalem sequantur non superent; denique ad aetatem codicis Liviani saltem Parisiensis referendum est.

## TABVLA XIII

1° VERONAE. Bibliothecae Capituli codex XIII, 11, fol. 42 : Hieronymus, *Tractatus in Psalmum II,* 20 [Migne, Patr. lat., IX, 273; ed. Ant. Zingerle, Corp. scr. eccl., vol. XXII, p. 52, 21-53, 7].

### PSALMUS II

dignatione perturbat; qui enim ut coccum et foenicium erant, redundanti in manus sanguine decolores, hi in nivem albescent eruntque veste beati velleres[1] candidati; et haec quidem ex auctoritate testamenti veteris praesumpta sint, videamus an etiam in novo Dei ira (tulis)[2], intellegatur ut salvet; nam Jo-

Net :
facite dignum
fructum paenitentiae.
et rursum ipse [Dominus][3] :
venite ad me
qui laboratis
et onerati estis et ego vos
reficiam.
frementibus autem adversum
se, et non tantum
in passione sed
etiam post passionem, non dico in
unum convenientibus sed persecutionem ecle-

1. Postea *velleris* corr.
2. Voce *tulis* expuncta superne, posterius corrector quidam *talis esse* effecit; idem pro *nam* v. seq. *namque* reposuit.
3. Add. manu posteriore.

hannis eos quos
esse (fructum)[1]
viperarum ob
malitiam pater-
nae in se inpieta-
tis exprobrat, ita
ad salutem mo-
siae, apostolorum
fugam, eaedem
martyrum spiran-
tibus Deus sic loqui-
tur iratus :
Saule, Saule,
quid me per-

Codicem descripserunt Aug. Reifferscheid, ***Bibliotheca Patrum Italica***, I, (Wien, 1865), p. 94 ; A. Zingerle, ***Studien zu Hilarius' von Poitiers Psalmencommentar*** (Sitzungsberichte d. K. Akademie d. Wiss. zu Wien, t. CVIII), p. 47 sqq., et ***Praefat.*** edit. supradictae, p. VIII-IX.

In fine Psalmi 118 legitur (quod jam retulit Maffei, Verona illustrata, cap. VII) : SCRIBIT ANTIQUARIUS EUTALIUS. In folio 480 v° : UILIUS ABBAS || DE MONASTIRIUM | SCI TOHME APOSTOLI || CUIT VOCAPOLO EST || PINEDO. Eadem manus, quae videtur saeculi septimi, ibidem scripsit : « In nomine Domini Dei || nostri Jhesum Christi || Ariperto rege || fuit vera justi || tia et since || ra » De Ariberto rege Langobardorum an. 653-661 verisimiliter agitur.

Verba loquentium retracta introrsus columna referuntur; forma litterarum optima, compendia DMI, DMO, etc. non raro occurrunt (e. g. fol. 481 et vide Zingerlii apparatum).

2° HERBIPOLI in Bavaria. Bibliothecae Universitatis codex Mp. th. q. 3, fol. 48 v° : Priscillianus, *Tractatus* II [p. 39, 25-40, 5 ed. G. Schepss, Corp. scr. eccl., vol. XVIII, 1889].

dies parvos in eclesiis
nostris a quibusdam li-
bellus et deteriora quam
prius a praesbytero ob-
jecta fuerant obponun-
tur ; segregant se de cle-
ricis ipsius plurimi pro-

1. Voce *fructum* (reliqui codd. habent *nationem*) expuncta, nota tironiana obscurissima addita est.

fitentes non nisi purgato sacerdoti se communicaturos.
Hinc nos conventi damus ad Hyginum et Symposium episcopos quorum vitam ipse novisti hujusmodi litteras, omnia subito fuisse turbata, provideri oportere qualiter eclesiarum pax conposita duraret. Rescribtum est ut verbis ipsis loquamur : quantum ad laicos

De codice cf. Schepss, *Priscillian, ein neuaufgefundener lateinischer Schriftsteller des IV Jahrhunderts*, Würzburg, Stuber, 1886 (cum tabula paginam unam reddente), necnon praefationem editionis supradictae, p. VIIII-XXVIII.

In inchoandis tractatibus tres priores versus minio scripsit librarius ; compendium DM̄S aliquando invenitur, quanquam saepius DN̄S occurrit. Litterae F L T nullis ornamentis, P ventre aperto, denique littera M vel N in fine versuum non linea tantum sed lineola cum puncto exprimitur. Itaque potius ad quintum quam ad sextum referendus codex videtur.

# SEXTUM SAECULUM

Ii quos sexto saeculo scriptos reputamus codices membranis plerumque tenuibus constant. Litterae FLT latius spatium quam saeculo praecedente occupant; altera lineola litterae F superiorem fere aequat, I aliquando directe aliquando in brevissimam caudam quasi in punctum desinit; T capite satis longo praesertim in sinistra parte ornatur et nonnunquam formam semiuncialem admittit; P ventre satis crasso, nondum ubique clauso, munitur; R quoque ventre crassiore incipit frui; denique N cum tertio crure superne angulato apparet, Compendia $D\bar{M}E$, $D\bar{M}I$, etc. desueta sunt, nisi forte in libris auro argentove in membrana purpurea scriptis, picturarum instar magis quam codicum, artifices priscum morem retinuerint.

Quaternionum adhuc ultima pagina in parte dextra imi marginis numero insignitur.

## TABVLA XIV

1° LUGDUNI BATAVORUM. Bibliothecae Universitatis codex Vossianus Q. 110, fol. 170 v°-171 : Hieronymus, *Eusebii chronicon* [ed. Schoene, t. II, p. 189].

Fol. 170 v°

eorum Narsei conjuge sororibus liberis et
omni praeda qua Parthos spoliaverant.

Terr]ae motu horribili aput Tyrum et Sidonem multa o]pera conciderunt et populus innumerabilis] oppressus.
XVIII]I DIOCLETIANI ANNO MENSE MARTIO IN DIEBUS PAS]CHAE ECCLESIAE SUBVERSAE SUNT.
Qua]rto autem persecutionis anno Constanti-[1]
nu]s regnare orsus.
I PERSEC]UTIONIS.
CCLXXI O]LYMP*ias*
XX s]ecundo anno persecutionis Diocletianus
N]icomediae Maximianus Mediolanii purp]uram deposuerunt.
Rom]ae XXVIIII episcopus constituitur Eusebius
m]ensibus VII, post quem XXX ecclesiam tenet
M]iltiades annis IIII.
Ma]ximinus et Severus a Galerio Maximiano
c]aesares facti.
Con]stantius XVI imperii anno diem obit in
B]ritannia Eboraci. Post quem filius ejus
C]onstantinus ex concubina
H]elena procreatus
r]egnum in-
vadit.
ROMA]NORUM XXXIIII REGNAVIT CONSTANTINUS

Fol. 71

ANNIS XXX MENSIBUS X PERSECUTIONIS AN. [IIII.
I. Maxentius Herculii Maximiani fili[us a praetorianis militibus Romae Augustus [appellatur.
Severus Caesar a Galerio Maximiano [contra Maxentium missus Rabennae inter[ficitur.
II. Licinius a Galerio Carnunti imperato[r factus.
Herculius Maximianus a filia Fausta [detectus quod dolum Constantino viro suo [pararet Massiliae fugiens occiditur.
Quirinus episcopus Siscianus glorio[se pro Chr*isto* interficitur. Nam manuali m[ola ad collum ligata e ponte praecipitatus i[n fluvium diutissime supernatavit, et cum spe[ctantibus

1. Supra versum additur : *vel -tius*. Nota tironiana *vel* parum certa est.

conlocutus ne sui terrerentur ex[emplo,
vix orans ut mergeretur optinuit.
CCLXXII OLYMPIAS.
III. Galerius Maximianus moritur.
IIII. Romanae ecclesiae XXXI ordinatur episc[opus
Silvester annis XXII.
V. Maximinus persecutione in Christianos [facta, cum
jam a Licinio puniendus esset, aput [Tarsum
moritur.
Alexandrinae ecclesiae XVII ordinat[ur
episcopus Achillas.
VI. Maxentius justa pontem Mulvium a [Con-
stantino superatur occiditus.

Fragmenta Petaviana, ut verbis Alfredi Schoene utar, adligata sunt a glutinatore codici Hieronymi saeculo nono scripti, in quo legitur : « Hic est liber sancti Maximini Miciacensis monasterii, quem Helias monachus rogante Petro abbate scripsit... » Petrus autem regnante Ludovico Pio, circa ann. 839-840, Miciacense monasterium moderabatur (cf. Gallia Christ., VIII, 1529).

Iis fragmentis usus est Josephus Scaliger. Sex folia tantum veteris manuscripti supersunt, quibus addenda duo in Vaticano Reg. 1709 conservata. Jam animadvertit Schoene codicem noni saeculi ad paginam et lineam ex antiquo archetypo nostro transcriptum esse.

Septimum saeculum vulgo fragmentis Petavianis concessum forma litterarum respuit. Ea sexto saltem incipiente saeculo, id est quando conditum est Miciacense coenobium prope Aurelianum, scripta libenter putaverim.

2° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 16 (in novo catalogo 19), fol. 29 v°-30 : Paulus *Epistola I ad Corinthios.*

Fol. 29 v° (cap. IX, v. 19-23).

... ex omnibus omnium
me servum feci ut plures lu-
cri facerem ; et factus sum Ju-

daeis tamquam Judaeus ut Judaeos lucrarer ; his qui sub lege sunt quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege ut eos qui sub lege erant lucri facerem ; his qui sine lege erant tamquam sine lege essem cum sine lege Dei non essem sed in lege essem Christi ut lucri facerem eos qui sine lege erant.
Factus sum infirmis infirmus ut infirmos lucri facerem, omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos.
Omnia autem facio propter euangelium ut particeps ejus efficiar.

Fol. 30 (cap. x, v. 29-cap. xi, 3).

autem dico non tuam sed al[terius ; ut quid enim libertas m[ea judicetur ab alia conscientia ?
Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago ? Sive ergo manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.
Sine offensione estote Judaeis et gentilibus et ecclesiae Dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Imitatores mei estote sicut et ego Christi.
Laudo autem vos, fratres, quod omnia mei memores estis et sicut tradidi vobis praecepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput

De fragmento adeo mutilo ac corroso judicium ferre difficillimum est. Membrana tenuissima ac forma litterarum sextum saeculum admittunt.

## TABVLA XV

1° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 6400 G, fol. 120. Scriptura prior : *Actus Apostolorum* ex versione prisca, V, 22-32.

Uerunt dicentes quoniam pignarium in[venimus
clausum in omni firmitate et custodes sta[ntes ante
ostia, cum aperuiesmus autem neminem in[venimus.
Et quomodo audierunt verba ista magistrat[us templi
et pontifices, confundebantur de ipsis quidn[am hoc
esset. Adveniens autem quidam nuntiavit [eis dicens.
quoniam ecce viri quos misistis in custodi[am in tem-
plo sunt stantes et docentes populum. Tu[nc abiit
magistratus cum ministris et abduxit eos, n[on vero
per vim, [m]ettue[n]s ne forte lapiraretur a popul[o. Ut
modo perduxerunt eos in conspectu conci[lii, cepit
ad eos praetor dicere : Non praecepto praec[epimus
vobis ne umquam in hoc nomine doceretis.
Vos autem ecce implestis Hierosolymam do[ctrina ves-
tra et vultis super nos adducere sanguine[m] h[ominis
illius. Respondens autem Petrus dixit ad il[lum :
Cui obaudire oportet, Deo an hominibus ? Ille au[tem ait : Deo,
et dixit Petrus ad eum : Deus patrum nostroru[m excita-
vit Jhesum quos vos interemistis suspenden[tes ligno ;
hunc principem Deus et salvatorem exalt[avit dextera
sua dare penitentiam Istrael et remiss[ionem
in se. Et nos quidem testes sumus omniu[m verborum
istorum et Spiritus sancti quem dedit Deus eis qui [credunt

De hoc codice olim Floriacensi adeundus L. Delisle, *Notice sur plusieurs manuscrits de la bibliothèque d'Orléans*, p. 63 (vel *Not. et extr.*, XXXI, 1re part., p. 419). Inde quaedam edidit Augustus Vansittart in *Journal of Philology* (1869, p. 240 ac 1872, p. 219), Apocalypsis paginas quattuor Henricus Omont in *Biblioth. de l'École des Chartes* 1883, p. 445 sqq., fragmenta omnia Actuum apostol., Apocalypsis Epistolarumque catholicarum eruit J. Belsheim, *Appendix Epistolarum Paulinarum*, etc. (Christianiae, 1887) cujus operam iterum tractavit

Samuel Berger, *Le palimpseste de Fleury*[1] (Paris, Fischbacher, 1889, cum folio 116° heliographica ratione reddito[2]). Denique cf. *Acta Apostolorum* graece et latine... ed. Adolfus Hilgenfeld (Berol. Reimer, 1899), p. x et 138.

Quae supersunt Novi Testamenti partes Samueli Berger, horum laborum lumini nuper extincto, reliquiae videbantur translationis in Africa factae et in ecclesiis Byzacenae circa an. 500 regnantis. Cui sententiae rusticitas latini sermonis omnino congruit.

Uncialis scriptura prior, si formas litterarum LPR, ac lineolam in fine versuum pone vocales non supra easdem appositam quoties M vel N abbreviatur, si litteram maximam initio cujuscumque paginae scriptam inspexeris, non ultra sextum saeculum aestimanda videbitur[3].

Scriptura posterior : Isidorus *de Natura rerum*, VII, 2-4 [Migne, LXXXIII, 975].

quae fundatur. Ver
est cum sol ex meri-
dianis decidens parti-
bus super terram redit
et noctis hac diei ae-
quat tempora et tem-
periem aeris educit
atque fovens omnia
repetendus cogit in
partus, ut terram ger-
minet aut resoluta sul-
cis semina reviviscant
atque omnium generum
quae in terris vel aquis
sunt annus fetibus suc-
cessio propagitur.
Aestas est cum sol in
eo amplius aerem ipsum
vaporati et humore ex-
siccato terram fetiscit
in pulverem et adules-
cere facit semina et tam-
quam sugus virides matu-
riscere cogit poma silva-
rum. Tunc quia sol aestivis
flagrat ardoribus, minoris
umbras facit in meridia-
num, quoniam ex alto hunc in-
luminat locum. Autum-
nus est dum rursus sol
a summo caeli discendens
infringit aestuum mag-
nitudinem et paulisper
relaxato hac reposito

1. Quod etiam insertum est in *Revue de théologie et de philosophie*, Lausannae, 1888.

2. Cuprum ad Scholam Chartarum pertinet et n° 328 in serie (partim inedita) notatur.

3. Veteris Testamenti fragmenta, scriptura semiunciali, ex alio codice tracta inferius videbimus.

septemtrionem se subregit et spatia diurna producit, noctis vero artat et astringit. Itaque quo magis usu assiduo aeri huic copulatur atque miscitur

calore praestat temperiem. Sequente tempestate ventorum et turbine procellarum et vi fulminum tonitruorumque sonantium. Quoniam certis d[is-]tintionibus vicissitud[ini]

Aetas posterioris scripturae non ultra septimum saeculum existimanda est, cum quaterniones adhuc in parte dextra ultimae paginae signentur. Itaque verisimile est, si codex Floriaci scriptus est, ineunte coenobio Benedictino, id est medio septimo saeculo, eum confectum esse et tunc jacturam factam fuisse quaternionum jam mutilorum in quibus versio scripturae sacrae obsoleta ac prorsus inutilis inveniebatur.

2° SANCTI GALLI. Codex Bibliothecae coenobii, n° 912, pag. 158-159 :

Scriptura prior : *Psalmus* 25, 4-12 secundum versionem priscam :

et cum iniqua [gerentibus non]
introibo.
Odivi congregationem maligna[n-]
tium et cum impiis non sed[ebo.]
Lavabo cum innocentibus man[us]
meas et circumdabo altar[e]
tuum, Dom*i*ne.
Ut audiam vocem laudis et enar[rem]
universa mirabilia tua.
Dom*i*ne dilexi decorem domus tuae
et locum tabernaculi gloriae tu[ae]
Ne conperdas cum impiis anim[am]
meam et cum viris sanguinum vitam meam
In quorum manibus iniquitate[s]
sunt, dextera eorum reple[ta]
est muneribus.
Ego autem in innocentiam meam
ambulavi

Redime me et miserere mei
Pes enim meus stetit in via
recta
[I]n aeclesiis benedicam te, Dom*i*ne.

Peritiores videant quae sit ea Psalterii versio, quam Forcellinus (v. *comperdo*) Italam nuncupat. Nam neque cum Gallicano neque cum Romano Hieronymi Psalterio omnino concordat. Scriptura saltem sexto saeculo posterior non videtur. Cf. Calmet, *Diarium*, p. 66, n. IV.

Scriptura posterior (saeculi octavi) : *Glossae* « abba pater » [Corp. gloss. lat., ed. Goetz, vol. IV, p. 256].

lumine turvo diro hae truculentu*m* || vultu*m*.
ludicrum ludibriu*m* turpe.
Lucas ipse *con*surgens sibe ipse libans,
Macte magis aut tam magis.
macies exiguitas corporis.
Maceti, Macedones
magalia loca pastorarum
madet humet
magnanimis fortis
magnites lapis qui ferru*m* rapit
majus plus amplius
malum punici mala granata
mallatia mollities græce
malagrama herba venenosa
maialis porcus pinguis eo quod
de his Maie sacricabantur.

## TABVLA XVI

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. nov. acq. 1629, fol. 13 : Augustinus *in Psalmum* 99, c. 14 [t. IV, col. 1540 c, sqq. editionis ap. Gaume fratres datae].

ta jubilatio tunc laus sine
defectu. Servite ergo Dom*i*no
non in amaritudine mur-
et quam amantissimum nostri pastorem habimus ! Dimisit XCVIIII, descendit quaere-

murationis, sed in jucunditate dilectionis.
Intrate in conspectu ejus in exultatione; facile est exultare foris, in conspectu Dei exulta ; non valde lingua exultet, conscientia exultet. Intrate in conspectu ejus in exultatione.
Scitote quoniam Dominus ipse est Deus. Quis nesciat quoniam Dominus ipse est Deus ? sed de Domino dicit quem non putabant homnes Deum: Scitote quoniam Dominus ipse est Deus. Dominus ille non nobis vilescat [quem] crucifixistis flagellastis et cetera. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus.
Ipse fecit nos et non ipsi nos; ipse fecit nos, omnia per ipsum facta sunt ; bonum est vobis ut qui fecit vos reficiat vos, ipse fecit nos et non ipsi nos.
Nos autem populus ejus et oves pascue ejus oves et oves, ipsae oves una ovis; re unam, refortat in umeris suis redemptum sanguine suo, securus mortuu[s] est pastor pro ove qui resurgens possedit ovem ; nos autem populus ejus et oves pascue ejus.
Intrate in portas ejus in confessione ; in portis initium est, a confessione incipite. Inde psalmus in confessione : jubilate. Confitemini vos non factos a vobis, laudate eum a quo facti estis ; intret ergo grex portas, non foris remaneat ad lupos. Et quomodo intret ? in confessione. Porta id est initinm confessio tibi sit. Intrate in portas ejus in confessione.
In atria ejus in hymnis confitemini ei; in portis confitemini ei ; in atria cum intraveritis confitemini in hymnis. Laudes sunt, quando intras, te reprehende ; cum intraveris, illum lauda.
Laudate nomen ejus

Col. 1, v. 20, cursoria scriptura additum est *Hic Deest*, cui signo respondet infra « quem crucifixistes, flagellastes, sputis inlinistes, spinis corun[as]tes, veste ignominiosa vestestes, in ligno suspendistes, clavis conficestes.....

Quaternio unicus (cui nota XXIV olim apposita non jam invenitur) anno 1888 cum aliis manuscriptis e Libriana praeda redemptus. Cf. L. Delisle, *Catal. des mss. des fonds Libri et Barrois*, p. 98-99.

Codicis antiqui olim Enarrationes Augustini in Psalmos 49-100 minimum continentis reliqui XXIII quaterniones supersunt in manuscripto Lugdunensis civitatis n° 352 (in novo catalogo 426), quem accurate descripsit L. Delisle,

*Not. et extr.*, XXIX, 2ᵉ p., p. 381-383 et cujus folium 143 cupro redditum est in *Fac-similés de l'École des Chartes*, nº 151.

## TABVLA XVII

1° MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex D. 26. sup. fol. 29 vº : Prudentius, *Peristephanon* 10, 189-205 [ed. A. Dressel, Lips. 1860, p. 397-398].

Corrupta ephybi fama quem ves || ter Deus
effeminavit gymnadis licentia.
Mox flevit inpuratus occisum || gravi
disco et dicavit florulentum || subcubam;
conductus idem pavit alie || num pecus,
furem deinde perditi passus || gregis
segnis bubulcus tela et ipsa per || didit.
An ad Cybaebis ibo lucum pineum?
puer sed obstat Gallus ob libidinem
per triste vulnus perque sectum || dedecus
ab inpudicae tutus amplexu Deæ,
per multa matri sacra ploran || dus spado.
Sed credo magni limen amplec || tar Jovis,
qui si citetur legibus vestris reus
laqueis minacis implicatus || Juliae,
luat severam victus et Scan || tiniam
te cognitore dignus ire in carce || rem.

[*Quaternio*] VI.

Olim « liber sancti Columbani de Bobio » nº 128. Cf. Inventarium anni 1461 ab Am. Peyron editum (M. Tulli Ciceronis orationum pro Scauro... fragmenta, etc. Stuttgardiae et Tubingae, 1824, 4°), p. 35. Descriptionem vide ap. A. Reifferscheid, *Bibl. Patrum Ital.*, II (Wien, 1871), p. 83-87, vel Josephum Fumagalli (Manuali Hoepli. *Paleografia* di E. M. Thompson, trad. con aggiunte, Milano, 1890, p. 143) qui specimen unius paginae edidit.

Ultimus Prudentii editor Albertus Dressel eo codice non usus est.

2° MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex C. 39, inf., fol. 24 v° : *Euangelium sec. Matthaeum,* X, 23-28.

SECUNDUM

in civitate ista, fugite in alia*m*.
Amen amen dico vobis, non
consummabitis civitates
is*rae*l donec veniat filius hominis.
Non est discipulus super ma-
gistrum nec servus super
dominum suum. Sufficit
discipulo ut sit sicut magis-
ter ejus, et servus sicut do-
minus ejus.
Si patrem familias Beelzebub
vocaverunt, quanto magis
domesticos ejus. Ne er-
go timueritis eos.
Nihil enim opertum quod no*n*
revelabitur, et occultum
quod non scietur.
Quod dico vobis in tenebris
dicite in lumine. Et quod
in aure auditis praedicate
super tecta. Et nolite ti-
mere eos qui occidunt cor-
pus, anima*m* autem non pos-
sunt occidere. Sed potius
eum timere qui potest et

[Quaternio] IIII.

In margine notatur concordantia cum ceteris euangelistis.

Is codex mihi videtur olim « liber sancti Columbani de Bobbio » n° 8, sic notatus in Inventario anni 1461 : « Textus quatuor Euangeliorum in littera capivers[ali] antiqua ; asser[es] ni[gri] ». Eum adhibuerunt Joh. Wordsworth et H. Jul. White in *Novum Testamentum... latine sec. editionem sancti Hieronymi ad fidem codicum mss. recens.* (Oxoniae, Clarend. typ.

1889 sqq. 4°). At dubium permittitur utrum sit ille codex n° 8, necne, cum quidam putent fragmentum Taurinense in Inventario supradicto designari (cf. *Old latin biblical texts*, II, p. VIII sqq.).

Quod ad aetatem scripturae attinet, Bugati, *Memorie di S. Celso*, p. 90, saeculi sexti esse probavit.

## TABVLA XVIII

1° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 11326, fol. 3 : Prosperi *epigrammata*, I sq. [Migne, LI, 498 sq.].

Incip*it* praefatio libri epigrammatorum s*ancti* Prosperi.

Dum sacris mentem placet exercere loquelis
caelestiq*ue* animum pascere pane juvat,
quosdam ceu prato libuit decerpere flores
distinctisq*ue* ipsos texere versiculis
ut proprias canerent epigrammata singula causas
et pars quaeque suo congrueret titulo,
nec nostrae hoc opis est sed ab illo sumitur hic ros
qui siccam rupem fundere jussit aquas.
ut quod in affectum cordis pietate magistra
venerit hoc promat carmine laeta fides.

I. DE VERA INNOCENTIA

Innocentia vera est quae nec sibi nec alteri nocet, quoniam qui diligit iniquitatem odit animam sua*m* et nemo non prius in se quam in alteru*m* peccat.

EPIGRAMMA

Perfecte bonus est et vere dicitur insons
nec sibi nec cuiquam quod noceat faciens.
Nam quicumque alium molitur laedere
primum ipsum se jaculo percutiet proprio,
et cum forte animum non sit secutura facultas
non dubium in cordis viscere vulnus habet
nec fugit infectis celeris mens prava reatu*m*
cui nimis hoc solum quod voluit nocuit.

II. DE HOMINIBVS DILIGENDIS.

Sic diligendi sunt homines ut eorum non diligantur errores quia aliud est amare quod facti sunt aliud odisse quod faciunt.

EPIGRAMMA.

De eo codice agitur apud Silvestre, *Paléogr. univ.*, tab. 113; Delisle, *Cab. des mss.*, tab. IX, 6. Olim bibliothecae Sedanensi datus erat a Christophoro Justel.

2° BERNAE in Helvetia. Bibliothecae civitatis codex 380, fol. 25 : Cledonius grammaticus [ed. Keil, Gramm. lat., V, p. 23, 25-24, 4].

ab hoc et ab hac et ab hoc legente.
Semper participia praesentis temporis
ablativum singularem in e litteram
mittunt, licet genetivum pluralem
in iun[1] mittunt. A berbo[2] activo tem-
poris futuri, participia ista futuri
temporis ab activo masculinum
et neutrum secundae declinationis
habent, femininum primae ; haec
et alia similia juxta hanc declinationem
inflectenda sunt. A berbo temporis
praesentis participia ista praete-
riti temporis, a passivo has declina-
tiones habent quas futuri ab activo.
Participia venientia a verbo passivo
similes declinationes habent ;
haec praeteriti temporis secundæ
declinationis sunt in masculinum
et neutrum, femininum primae.

de conjunctione

Conjunctio est pars orationis dicta quod
jungat elocutionem, nam si dico : ego
tu faciamus, non utrique sermo comple-
tus est, ad duo[3] et implevitur elocutio, ut : ego
et tu faciamus.

Liber olim Francisci Pithoei, cujus inscriptionem in primo folio positam : « P. Pithou emi Basiliae... 1568 » expressit C. G. Mueller cum specimine scripturae ipsius codicis in

1. *ium* corr. posterius.
2. Postea, hic et infra, *verbo* corr.
3. *adde et* corr. posterius.

*Analecta Bernensia,* pars III (1841), tab. II. Cledonium grammaticum ex hoc fonte primus Putschius an. 1605, denuo Henricus Keilius (Gramm. lat., V), an. 1868 edidit.

Omnium quotquot habemus codicum de re grammatica is certe antiquissimus est; sextum quod admisit Keilius saeculum verisimile videtur.

## TABVLA XIX

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 2235, fol. 62 v° : Hieronymus *in Psalmos* 86 et 89 [Migne, XXVI, 1085, A-B et 1091 C-D].

Fecimus super terram; ergo anima nostra illa Rahab, illa meretrix, potest concipere et parere salvatorem. « Et homo natus est in ea ». Si volumus, cottidie nascitur Chr*istus*, per singulas virtutes nascitur Chr*istus*. Si enim Chr*istus* Dei virtus et Dei sapientia, quicumque virtutem facit virtutem generat. « Et ipse fundavit ea Altissimus ». Ipse qui nascitur in te, ipse fu*n*damentum dat Sion tuae. « D*omin*us narravit in scribtura populorum ». Manifestum est quoniam quod D*omin*us loquitur in scribtura, nulli ita loquitur quomodo Sion; et tamen cum ista omnia fuerint, cum natus fuerit in ea Chr*istus*, non est certa et secura victoria sed semper in periculo sumus. « Sicut laetantium omnium habitantium in te », qui laetatus est, ex ipsa hilaritate securus est, qui aute*m* securus est cito decipitur; qui autem insidias reformidat cito potest evadere, D*omi*no praestante cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

† R[elegi vel Recognovi ?]

EXPLICIT IN PSALMO LXXXVI

INCIPIT DE PSALMO LXXXVIIII.

Oratio Moysi hominis Dei. Quattuor sunt psalmi qui oratio praenotentur[1], sextus decimus et qui

1. Corr. *praenotantur.*

post eum sequitur octogesimus nonus [et centesimus] primus ;
in centensimo primo dicitur : « Oratio pauperis
cum acediatus[1] fuerit [et] in conspectu Domini fuderit
orationem suam ». ista[2] oratio Moysi hominis Dei.
Legimus canticum Moysi in Exodo eo tempore
quando populus mare transivit Rubrum et de-
merso Faraone et omne[3] ejus exercitu Maria ce-
cinit et Moyses ; deinde legimus et in Deuterono || mio

Codicem saeculi sexti vel septimi judicabant Benedictini (*Nouv. traité*, III, p. 36, 64, 167). Forma quidem litterarum cum exeunte sexto saeculo congruere videtur.

2° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 10593, fol. 79 : Basilii *homeliae*, interprete Rufino Aquileiensi [Migne, *Patr. graec.*, XXXI, 1733].

EXP*licit* BASILI EPISCOPI DE INVIDIA.
INC*ipit* DE EO QUOD SCRIBTUM EST :
ATTENDE TIBI NE FIAT IN CORDE
TUO SERMO OCCULTUS INIQUITAS.

Sermonis usum Deus nobis qui nos creavit
indulsit pro eo ut cordis occulta consi-
lia invicem nobis verbi ministerio pan-
deremus et pro communi in alterutrum
affectione naturae unusquisque nos-
trum proximo suo velut ex arcanis quibus-
dam domiciliis consiliis secreta deprome-
ret ; si enim nuda tantummodo atque in-
tecta anima viverimus[4], ex ipsis tantum
mentis motibus atque intentionibus
cogitationum alterutrum nosceremur,
virum[5], quoniam vigor animae velamine
carnis operitur ad indicanda atque in
publicam faciem proferenda ea quae

1. Vox ea manu correctoris addita pro vulgata lectione *anxiatus*.
2. Corr. *iste*.
3. Corr. *omni*.
4. Corr. *viveremus*.
5. Corr. *verum*.

in profundo cordis cogitationibus vel
sensibus commovemur, verbis et no-
minibus ac vocabulis indigemus; cum
igitur motus hic mentis nanctus fu-
erit vocis significantiam tum velut

Is codex (olim Suppl. lat. 199) ejusdem fere temporis ac praecedens dicendus est, cum quaterniones in imo angulo dextro signentur et litterarum forma arrideat.

# SEPTIMUM SAECULUM

Hoc saeculo membrana codicum aliquando tenuis, plerumque crassa ac rugosa invenitur. Hasta litterarum HL brevi linea superne incipit ornari, immo L desinit in caudam manifestam, quanquam nondum desunt antiquae formae exempla ; litterae N non modo tertium sed primum crus superflua linea decoratur ; P ventre rarius aperto, R ventre crassiore, T capite latiore ut sinistrorsum ita dextrorsum inclinato, praesertim in fine saeculi, fruitur.

Quaterniones eodem modo quo praecedentibus saeculis, nisi forte in ultimis saeculi decenniis, signari videntur.

## TABVLA XX

1° Sancti Pauli in Carinthia. Monasterii Benedictinorum codex XXV. C. 48, fol. 118 v° : Ambrosius *de fide*, IV, 3 [Migne, XVI, 647 sq.].

quaestione dicant[1]
velim scire utrum
conjungere an di-
videre haec quat-
tuor velint ; si enim
conjungere adque[2]
ita dicunt Deum caput
esse Christi sicut est
vir mulieris caput,
naturae ; quod si hoc
dis(s)plicet quia unum[3]
est dicere ut volunt
dividant ; itaque
si Christum et Deum dicunt[4]
esse substantiae,
quoniam mulier
et vir unius sunt
in carne naturae ;

1. Correct. *dicunt*.
2. Postea, hic et infra. *atque* corr.
3. Corr. *vanum*.
4. Posterius add. *unius*.

videte quid incidant ; nam si haec tamquam ex paribus sumpta est conparatio[1], et haec quattuor id est mulier vir Christus et Deus quasi ad unius adque ejusdem naturae similitudinem conparantur[2]. Ergo mulier et Deus unus[3] incipient esse nam quod distat in sexu(s) est ; cum vero inter Christum et Deum patrem sexus non interveniat, quod unum inter filium et patrem in natura est fatebuntur ; quod diversum in sexu est denegabunt. Placetne ista divisio ? an mulierem.

Codex quem mihi monstravit an. 1889 humanissimus Archivo praepositus Anselmus Achatz, adhuc ignotus videtur.

2° BONONIAE SUPRA MARE. Bibliothecae civitatis codex n° 32, fol. 75 v° : Ambrosius, *de Patriarchis*, fin. et *de Paenitentia*, I [Migne, XIV, 728 et 485].

fidei novella plantaria ideoque quasi bonus agricola dixit : ego plantavi, Apollo rigavit.

EXP*licit* DE PATRIACHIS. INC*ipit* TRACTATVS EP*iscop*I AMBROSI DE PAENITENTIA FILICITER

Si vatum finis ille est maximus qui plurimorum spectat profectum, moderatio prope omnium pulcherrima est quae ne ipsos quidem quos damnat offendit et quos damnaverit dignus[4] solet facere absolutione. Denique sola est quae Domini quaesitam sanguine eclesiam propagaverit imitatrix beneficii caelestis et redemptionis universorum salubri(s) fine se temperans quem ferre possint aures hominum, mentes non refugere, non pavere animi ; etenim qui studet humanae infirmitatis emen-

1. Corr. *comparatio.*
2. Corr. *comparantur.*
3. Corr. *unius.*
4. Corr. *dignos.*

dare vitia, ipsam infirmitatem suis debent
sustinere et quomodo[1] pensare umeris
non abicere, nam pastor ille euangelicus
lassam ovem vexisse legitur non abj[e]cis-|| se.

De eo codice egit Carolus Schenkl, Corp. script. eccl., XXXII, part. II (Vindob. 1897), p. XXI.

Quaterniones in angulo dextro ultimi folii signati sunt. Duos scribas ei operam navavisse eo apparet quod post numeros I-XVI iterum incipiunt (fol. 135 v°, 143 v°, etc.) numeri I, II, etc. Confusio litterarum *e* et *i*, *o* et *u*, *e* et *ae*, *b* et *v* jam frequens est.

## TABVLA XXI

VERONAE. Bibliothecae Capituli codex XVII, 15, fol. 282 : Hieronymus, *Epistula* 147 [Migne, XXII, 1195].

Inc*ipit* ad Savinianum s*ancti* praesbyteri Hieronimi cohortatoria de paenitentia.

Et Samuhel quondam lugebat Saulem
quia penituerat D*omi*num quod unxisset eum regem super Israhel, et
Paulus Corinthios in quibus audiebatur fornicatio et talis fornicatio quae ne inter gentes quidem
voce flebili commonebat dicens :
Ne cum rursum venero humiliet me D*eu*s aput vos et lugeam
multos ex his qui ante peccaverunt et non egerunt paenitentiam super immunditiam quam
gesserunt inpudicitia et fornicatione, si hoc profeta e[t] apostolos[2] nulla ipsi labe maculati clementi in cunctos mente faciebant, quanto magis ego ipse peccator in te facere debeo peccatorem quod non vis erigi post ruinam nec oculos ad caelum levas

1. Signum ad marginem remittit ubi *R[equirendum]*, et corrector qui locum requisivit inter versus addidit *quo* ut fieret *quoquo*.
2. Corr. *apostolus*.

Codicem descripsit A. Reifferscheid, *Biblioth. Patr. Ital.*, I, p. 88-89, Quaterniones in angulo dextro ultimae paginae signati[1]; verba loquentium non totam latitudinem paginae tenent sed cum majoribus marginibus scripta sunt, at membrana saepe crassa; denique scriba imitari antiquas litterarum formas videtur potius quam exarare et non raro peccat, praesertim in littera N cujus obliquus tractus non ubique ambo crura rite conjungit.

## TABVLA XXII

ROMAE. Bibliothecae Vaticanae codex inter Ottobonianos 319, fol. 40 : Augustinus *in Psalmum* 86, 4 [ed. Parisina ap. Gaume, t. IV, col. 1316].

Pertinent; partes enim mundi quattuor sunt : oriens, occidens, aquilo et meridies; istae quattuor partes assidue nominantur in scribturis; ab omnibus istis quattuor ventis, sicut dicit Dominus in (a)euangelio a quttuor ventis se collecturum electos suos, ab omnibus ergo istis quattuor ventis vocatur aeclesia (stam); quomodo vocatur ? undique in trinitate vocatur, non vocatur nisi babtismo in nomine patris et filii et spiritus sancti; quattuor ergo ter ducta duodecim inveniuntur. Pulsate ergo adfectu ad has portas et clamet in vobis Christus : « Aperite mihi portas justitiae » ; praecessit enim in capite, sequitur se in corpore. Videte quid dixit apostolus, quia in ipso Christus patiebatur : ut adinpleam, inquid, quae desunt pr(a)essusarum Christi [in] carne mea; ut inpleam, inquid, quae desunt, cui desunt pr(a)essurarum Christi et ubi desunt in carne mea.

vidi virum magnum fulgentem

*Deinde script. cursoria :* inter choro Sanctorum et de manus suas singolis coronas ponevat.

1. Fol. 14 v°, signum II correctum est ex VIII; fol. 22 v°, III ex VIIII; fol. 38 v°, V ex XI.

Liber « ex codicibus Joannis Angeli ducis ab Altaemps », descriptus ab Aug. Reifferscheid, *Bibl. Patr. Ital.*, I, p. 593 sq.

Ejusdem pars alia servatur in Bibliotheca Vallicellana B 38 (cf. Reifferscheid, *ibid.*, p. 181-184), ubi fol. 107 semiuncialibus litteris absolutus est. Notanda orthographia fol. 24 usurpata : « et *quum* tibi tardum erit ».

Ambo libri nonnisi partes commentariorum in Psalmos 66-90 continent.

## TABVLA XXIII

SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex 1394, pag. 91 : Euangelium ex versione prisca secundum *Marcum*, XVI, 14-20.

[novi]ssime autem re-
[cu]mbentibus illis un-
[dec]im apparuit[1] ex-
[pro]bravit incredduli-
[tate]m eorum et duri-
[tiam] cordis illorum
[quo]niam illis qui eum
[vid]erant resurre-
[xiss]e nuntiantibus
[non] crediderunt.
[Et dixit] illis[2] : Euntes in or-
[bem] universum prae-
[dica]te euangelium
[uni]versae creaturæ.
[Qui] crediderit et bap-
[tiz]atus fuerit sal-
[vus] erit, qui autem
[non] crediderit dam-
[na]bitur.
[Sign]a autem creden-
[tiu]m haec sequuntur :
[in n]omine meo dae-
[mon]ia eiciunt, lin-
[guis] novis loquentur,
serpentes non time-
bunt et si aliquid mor-
tiferum quis biberint
non illos nocebit, su-
pra languidos inpo-
nunt manus suas et
bene habebunt.
Et Dominus Jehus Christus postquam
locutus est illis ascen-
dit in caelis, sedit ad
dexteram Dei, illi au-
tem profecti praedi-
caverunt et docue-
runt ubique Domino ad-
juvante et sermone
confirmante pro
sequentibus signis.
Amen

Explicit euange-
lium secundum
Marcum
Amen.

1. Inter versus posterius add. « Ihesus et ».
2. Item posterius add. « Ihesus ».

Pagina ea videtur addita esse veteri codici (cf. tab. I) cum jam finis perierat, nempe in illa versione ordo euvangeliorum fuit Matthaeus, Johannes, Lucas, Marcus.

Vide quae scripserint Petrus Batiffol (*Revue archéol.* 1884, II, p. 307 et J. Wordsworth et White, *Old latin biblical texts*, II (Oxon. 1886), p. XXXII et 74.

## TABVLAE XXIV-XXV

GUELFERBYTI in ducatu Brunsvicensi. Bibliothecae ducalis codex inter Augustanos 36, 23, fol. 73 : Aggenus Urbicus de controversiis agrorum [p. 82, 7-21 edit. Caroli Lachmann, Gromatici Veteres, Berolini, 1848].

### DE ALLUBIONE

Controversia est status effecti ibi : efficitur
enim subinde et per tempora mutatur, in hac controversiam plurimum sibi vindicat jus ordinarium;
Agitur enim de eo solo quod alluat flumem, et subtiles introducuntur questiones, an ad eum pertinere debeat cui in altera ripa recedente aqua
solum crevit, hic qui aliquid agri sui desiderat
transire et possidere illa debeat quod flumen reliquid; nisi quod illud subtulissimae perfertur
cujus solum [a]misit non statim transire in alteram
ripam sed abductum esse telotum; et illud contra
vicinum longe dissimilem agrum habere, quod
hic forte cultum et pinguae solum amiserit, aput
illum autem harenae lapides et limum abluvio
invectum remanserit; illud preterea quod finem illis semper aque fecerit et nunc quoque

Ejusdem codicis fol. 102 [p. 90, 5-21 Lachmann] :

artificis habere
debent et qui judicaturi sunt et qui
gium; erat aequissimum et in advocationem eandem fi-

advocationis sunt
praestituri.
In judicando autem
mensorem bonum
virum et justum
agere debet neque
ulla ambitione aut
sordibus moveri ser-
vare opinionem
et arti et moribus
omnis illi artifici
veritas custodien-
da est, exclusis il-
lis similitudinibus
quae falsae pro ve-
ris subiciuntur; qui-
dam enim per impe-
ritiam quidam per
inpudentiam peccant;
totum autem hoc ju-
dicandi officium
et hominem et ar-
tificem exigit egre-
dem exiberi in con-
troversiam a men-
soribus, sed hoc pos-
sessores aequo
animo ferre non
possunt, nam cum
his veritas exposi-
ta est adversus sin-
ceritatem artis
facere cogant; mul-
ta sunt in professio-
ne quae generaliter
pro veris offeran-
tur multaque specia-
liter quaedamque
argumentaliter,
conjecturaliter
etiam mentiri ar-
tifices coguntur.

Ageni Urbici liber
explicit.

Liber olim Joh. Theodoreti Arcerii, fuse a F. Blume (t. II, p. 6-30 edit. Lachmannianae) descriptus, qui eum in monasterio Bobiensi quondam a Gerberto denique an. 1493 a Georgio Galbiato, Merulae amanuensi, visum esse contendit. Raphael quidem Volaterranus, *Geographiae* lib. IV, ait : « Hic anno millesimo CCCCXCIII hujuscemodi libri reperti sunt... Aggenus Urbicus de controversiis agrorum, Higinius... Frontinus de qualitate agrorum..., etc. » (Peyron, *M. Tulli Ciceronis orationes...*, p. XVIII-XIX). At dubitare licet, quoniam ut in catalogo decimi saeculi a Muratorio edito (Antiq. Ital., III, 817-824) ita in Inventario an. 1461 (ap. Peyron, op. c.) nulla tam rari libri mentio. Blume, *Iter Italicum*, III, 190-191 de codice Arceriano ab Angelo Colocci possesso agit.

## TABVLA XXVI

AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex 169 (nunc 192), fol. 3 : Basilius, *Regula*, interprete Rufino Aquileiensi, Interrog. 7-8 [Luc. Holstenii Codex regularum monasticarum, ed. Brockie, vol. I, p. 74-75].

Col. 1.

. . . . . .
parentum immo ab ipsis
parentibus oblatus sub
testimonio plurimorum
suscipi ut omnes occa(n)-
sio maledicti gratia ex-
cludatur hominum pessi-
morum. Adhibere autem
eis oportet summam dili-
gentiam quo possint ad om-
nem virtutes exercit[i]um
probabiliter institui,
tam in verbo quam in intellectu
et opere. Quicquid enim in te-
nero quis et parvo inseruerit firmius et tenacius
in posterum conservavit.
Injungenda est ergo infan-
tium cura his qui ante om-
nia in virtute patientiae
documenta sui proba[bi]liter
praebuerunt, quo possint
pro merito delicti et aetatis
singulis quibusque etiam
correptionibus adhibere
mensuram, et qui servent
eos primo omnium a ser-
monibus ociosis et ab ira-
cundia adque ab incitamen-
tis gulae et a cunctis in-
decentibus atque inordi-
natis motibus ; si vero cum
aetatis augmento nul-
lus in eis deprehindetur
profectus industriae,
sed vaga mens et an[i]mus
cassus ac tumens etiam
post instituta probabi-
lia infructuosus per-
manens erit, hujus-
cemodi abici oportit,
et maxime cum juvenilis

Col. 2.

[fervor rudem lacessit
aetatem ; eorum vero qui]
aetate jam rubustam
accedunt ad servitium Dei
oportet inquirere, ut dixi-
mus, qualitatem vitae prae-
teritae, et suffecere etiam
hoc ipsum, si satis instanter
hoc expetunt et si verum et ar-
dens desiderium est eorum
erga opus Dei. Hujuscemodi vero
fieri documen[t]a oportet
valde prudenter ab his qui
discutere potuerint et pro-
bare. Cum autem fuerint
suscepti, si forte proposi-
tum suum transgressi
fuerint, nec videre eos
oportet tamquam eos qui
in Deum deliquerint, quod tes-

te confessionis suae factum professi sunt. Si peccaverit, inquid, homo in homine, orabunt pro ipsum ad Dominum, si autem in Deum peccaverit, quis oravit pro eo.

VIII. Interrogatio. S[i oporte]t i[llum] qui se piae ac religiosae vitae dedirit etiam continentiam observare? Responsio. Quia in omnibus necessaria sit continentia, manifestum est primo omnium ex eo quod apostolus Paulus inter fructus spiritus sancti etiam continentiam nominat tum deinde etiam inmaculatum ministerium per hanc servari posse (se) designat cum dicit : in laboribus, in vigiliis, in jejuni||is

Col. 3.

[in castitate, et alibi : in labore et fatigatione,] in vigiliis [multis, in fame et siti, in [jejuniis frequenter et iterum : ¡Omnis qui in agone conten[dit ab omnibus contenen[s est. Et rursum : macero cor[pus meum et servitute [subicio, quod utique non aliter [quam per continentiam [videtur impleri ; et juventu[tis tumor ac fervor aetat[is velut freno quaedam r[estringi et repremi per [solam continentiam potes[t. Non enim expediunt st[ulto deliciae secundum [Salomonem. Et carnis, in[quit Paulus apostulus, [curam ne feceritis in concupi[scentiis. et iterum : q[uae in deliciis est vivens m[ortua est vidua. sed et exe[mplum illud divitis in [deliciis viventis neces[sariam nobis ostendit esse co[ntinentiam, ne forte e[t nos audiamus quod audiv[it et dives : quia conse[cutus est bona in vita tua.[ Quomodo autem incontine[ntia periculosa sit etiam [apostolus docet cum eam p[roprie illis adscribit qu[os recedere a Domino dicit ; ait [enim : in novissimis enim [diebus instabunt tempora [periculosa ; erunt en[im homines seipsus aman[tes, et cum plura malit[iae genera enumerasset a[d ultimum posuit : commiss[ores, incontinentes

Circa medium septimum saeculum, quo tempore conditum est coenobium S. Benedicti ad Ligerim, scriptus videtur is codex cujus duo tantum folia ne integra quidem supersunt.

Rarum exemplum habemus libri antiqui tribus columnis exarati. Jam noscebantur schedae Weingartenses Bibliae (Zangemeister et Wattenbach, XXI), Lugdunensis Heptateu-

chus a Leopoldo Delisle patefactus et ab Ulysse Robert editus, codex orationum Ciceronis in Basilica S. Petri Romae servatus (cf. *Paléogr. des class. lat.*, pl. XXVI), ne de Psalteriis verba faciamus.

Ut in Lugdunensi, ita in Aurelianensi puncta circini secundam inter et tertiam columnam apparent.

## TABVLA XXVII

AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 169 (in novo Catal. 192), fol. 27 v° : Hieronymus *in Jeremiam*, lib. I, cap. II, v. 12-13 [Migne, XXIV, 691].

desolamini vehementer, dicit Dominus; duo enim mala fecit populus meus : me dereliquerunt fontem aquae vivae
et foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere
non valent aquas. LXX : Obstipuit caelum super hoc et inhorruit extra modum et vehementer, cetera similiter.
[C]aelum cui dictum est : adtende caelum et loquar, et : audi
caelum et auribus percipe terra, videns Dei praecepta
calcata, inhorrescit et stuporem dissimulare non potest :
[O]mnes[1] enim creatura congemescit et condolet super
peccatis hom[i]num. Duo autem populus Dei fecit adversa,
primum ut relinquerent Deum qui est fons vitae et praeceptum dedit dicens : Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Secundum quod in eodem loco scriptum
est : Non sint tibi di in conspectu meo. Pro quo sequutus est daemonas quos dissipatas cisternas vocat, eo
quod diu mandata servare non valeant. Et hoc adtendendum quod fons perpetuus est et vitales habet aquas;
cisternae autem et lacus vel de torrentibus vel ex aquis
turvidis[2], terra complentur et pluviis. Portas autem
caelorum illas vocat, de quibus et in vicensimo tertio psalmo scriptum est : Levatae, portae, capita vestra et introibit rex gloriae, pro [quo] LXX transtulerunt : Levate portas
principes vestras, de quibus plenius suo dicetu[r] loco,
quodque Aquila et Symmachus caelos, LXX vero et Theo-

1. Posterius corr. *omnis*.
2. Corr. *turbidis*.

dotio caelum interpraetati sunt, nullum moveat ; he-
braicum enim samaim communis est numeri, et tam
caeli quam caelum eodem appellantur nomine ut Thebae,
Athenae, Salonae. Numquid servus est [I]srahel aut ver-
naculus ? puto ex hoc loco superbia(m) elatos salvatori
dixisse Judaeos : semen Abraham sumus et nemini um-
q]uam servivimus. Quomodo tu dicis liberi eritis nes[cientes]
qu]od omnis qui facit peccatum servus peccati sit et ser-
v]iat unusquisque illi a quo vincitur. Nati ergo de amico Dei
A]braham vitio suo facti sunt quasi filii Cham, cui dictum est :
M]aledictus Chana[a]m servus erit fratribus suis.

[*Quaternio*] I.

Nota modum expungendi litteram superfluam in voce *superbiam* (vers. 29). Ceterum multa septimi saeculi vestigia supersunt.

## TABVLA XXVIII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. nov. acq. 1629, fol. 3 v° : Origenis commentaria in Epistolam S. Pauli ad Romanos, interprete Rufino Aquileiensi, qui praefationem addidit [Migne, *Patr. graec.*, XIV, 836 C-837].

refert quod cum transiret Jhesus invenit quendam sede-
ntem ad toloneum[1], Mattheum nomine. Lucas vero
de eodem dicit quia cum transiret Jhesus vidit publicanum
quendam nomine Le(u)vi et dixit ei : Sequere me, sed et idem
Mattheus in catalogo apostolorum dicit post multos :
Mattheus publicanus et Jacobus Alphei et Libbeus et
Simon Cananeus. Marcus vero ita refert : Mattheus
publicanus et Thomas et Jacobus Alphei et Thaddeus.
Hunc eundem quem Mattheus Lebbeum[2], Marcus Thaddeum
posuit ; Lucas vero ita ponit : Mattheus, Thomas, Jacobus
et Judas Jacobi. Igitur eundem quem Mattheus Lebbeum[3],

1. Corr. *teloneum*.
2. Corr. *Lybbeum*.
3. Corr. *Libb*.

Marcus Thaddeum dixit, Lucas Judam Jacobi scribsi[t]. Certum est autem euangelistas non errasse in nominibus apostolorum, sed quia moris erat binis vel ternis nominibus uti Hebreos unius ejusdemque viri, diversa singuli vocabula posuere. Secundum hanc ergo consuetudinem videtur nobis et Paulus duplici usus esse vocabulo, et donec quidem genti propriae ministrabat, Saulus esse vocitatus, quod et magis appellationi propriae vernaculum videvatur[1], Paulus autem appellatus esse cum Graecis et gentibus leges et praecepta conscribsit. Nam et hoc ipsum quod Scribtura dicit : Saulus autem qui et Paulus, evidenter non ei tunc primum Pauli nomen ostendit impositum, sed veteris appellationis id fuisse designat. Haec ab ipso auctore operis omissa, nos quia id dissertionis initium videbatur deposcere, puto quod non inconvenienter praemisimus ; cetera jam de exemplis nationum in corpore quibus poterimus compendiis exsequemur.

Paulus servus Jhesu Chr*isti*. De Paulo jam diximus; require-[2] mus nunc cur servus dicatur is qui alibi scribit : non enim acipistis[3] sp*irit*u[m] * adoptionis in quo clamamus : Abba pater, quomodo ergo cum his etam [ex] quibus

Paenultimo versu post *spiritum* omissa verba in infimo margine, praecedente * signo, reposita sunt saeculo nono :

servitutis iter*um* in timore sed accepistis sp*irit*um.

Fragmentum quattuor foliorum e Libriana praeda an. 1888 redemptum. Vid. L. Delisle, *Catal. des mss. des fonds Libri et Barrois*, p. 98. Nunc etiam supersunt (fol. 5) inscriptionis veteris vestigia : « Hic | est | liber | sancti | Be|ne|dic|ti | Flo|ria|cen|sis », eodem fere modo quo infra videbimus in codice Fulgentii Vaticano (tab. XXX).

1. Corr. *videbatur*.
2. Prius *requiri*, deinde corr. *requira*.
3. Corr. *accepistis*.

## TABVLA XXIX

1° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 169 (nunc 192), fol. 12 v° : Ambrosius, *Hexameron* I, 36-37 [p. 38, 13-39, 9 editionis a Carolo Schenkl datae in Corp. script. eccl. vol. XXXII, Vindob. 1896].

DIES

ut et diei et noctis tempora diei appellatione concluserit et tamquam principalis auctoritate nominis vindicaverit; et hanc scribturae esse consuetudinem ut potiori appellationem deputet frequentib*us* exemplis probamus, siquidem et Jacob dixit : dies vitae meae pusilli [et] mali. Et iterum : omnes dies vitae meae; et David : posuit dies annorum meorum. Non dixit : et noctes, unde advertimus ea quae nunc in s-pecie[1] historiae traduntur vim statuisse legis(se) in posterum; principium ergo diei vox Dei est : fiat [lux] et facta est lux; finis diei vespera est, jam sequens dies ex noctis fine succedit, sententia(m) autem Dei evidens quia diem primo vocavit lucem et secundo vocavit tenebras noctem; praeclare etiam unum non primum diem dixit, nam secuturo secundo et tertio die et deinceps reliquis primum potuit dicere, et hoc ordinis videvatur[2], sed lege*m* statuit ut XXIIII horae diurnae adque[3] nocturnae diei tantum nomine defineant[4] tur, ut[5] si diceret : XXIIII horarum mensura unius diei tempus est; sicut enim virorum generatio conputatur et intellegitur etiam feminarum, quia nectuntur

1. Corrector *s* in principio versus restituit.
2. Corr. *videbatur*.
3. Corr. *atque*.
4. Corr. *definian*.
5. Corr. *ac*.

Codicis hujus unus tantum superest quaternio in angulo ultimae paginae dextro III notatus. De eo egerunt S. Brandt, Sitzungsb. d. Wien. Akad., vol CX, p. 167 sq. et C. Schenkl, ed. cit., Praefat., p. XXXIII sq.

2° AURELIANI. Ejusdem codicis fol. 31 v° : Augustinus, *Epist.* 187, ad Dardanum [ed. Gaume, t. II, col. 1029 B-1030].

atq*ue* omnis renisus ipsorum nihili penditur
donec sacramenta peragantur, quib*us* id quod
de originali damnatione tractum est expie-
tur, nisi quia in tantum nesciunt quod faciunt
ut nec facere judicentur ? Porro si jam ute-
rentur rationes et voluptatis arbitrio quo
illi *sanc*tificationi adhibere debet assensus,
Quantum mali esset resistere tantae gratiae
quamq*ue* non solum nihil prodeesset quod
fieret, verum etiam inde reatus adcresce-
ret quis Chri*st*ianus ignoret ? Dicimus ergo
in baptizatis parvulis, quamvis id nesciant,
habitare sp*iritum sanctum*. Sic enim eum nesciunt
quamvis sit in eis quemammodum nesciunt
et mentem suam, jucus[1] in eis ratio qua uti ne-
dum possunt, velut quedam scentilla[2] sopi-
ta est excitanda aetatis accessu. Neq*ue* hoc
imparvulis mirum debet videri cum apos-
tolus quib*us*dam etiam majorib*us* dicat : nesci-
tis quia templum Dei estis et sp*iritus* Dei habitat in
vobis ? de qualib*us* paulo ante dixerat : anima-
lis autem homo non percipit quae sunt sp*iritus*
Dei ; quos etiam parvulos vocat, non carnis
aetate sed mentis ; non utique percipiebant
cognitionem sp*iritus sancti* qui habitabat in eis, et
habitante in se sp*iritu sancto* adhuc animales non-
dum spiritales erant, quia nondum pote-
rant habitatorem suum sp*iritum* cognitione
percipere. Habitare autem ideo et in talib*us*
dicitur quia in eis occulte agit ut sint tem-

1. Corr. *cujus*.
2. Corr. *scintilla*.

plum ejus, idq*ue* improficientib*us* et proficientib*us* et proficiendo perseverantib*us* perficit ; spe enim salbi facti sumus sicut

Unum folium quod superest descripsit Brandt, l. c. Nullus litterarum tractus septimo saeculo posterior videtur.

## TABVLA XXX

ROMAE. Bibliothecae Vaticanae codex Regin. lat. 267, fol. 26 : Fulgentius, *ad Monimum*, lib. I, cap. 15 [Migne, LXV, 164 B-C].

« adgravat animam et deprimit ter-
« rena inhabitatio sensum multa cogitantem ». Fuit perfectus expectatione muneris, fuit inperfectus fatigatione certaminis ; fuit perfectus quod mente serviebat legi D*ei*, fuit inperfectus quod carne serviebat lege peccati ; fuit perfectus desiderium habens dissolvi et esse cum Chr*isto*, fuit autem inperfectus quia quamdiu fuit in corpore peregrinabatur a D*omino* ; fuit perfectus plenissime sciens quia D*eus* quaecumque promisit potens est et facere.
Fuit autem inperfectus quia D*eus* in *sanctis* suis quaedam nondum fecit ex omnibus quae promisit ; propter quod etiam omnes antiqui justi, sicut idem apostolus dicit, « testimonio fidei conproba-
« ti non acceperunt repromissio-
« nem, D*eo* pro nobis melius providente

*In margine* : Omnes antiq*ui* justi || n*on* p*er*fecti sine || subsequenti || u*m* p*er*fectio || ne.

Fulgentii Ruspensis codicem descripsit A. Reifferscheid, *Bibl. Patr. Ital.*, I, p. 360-363, qui praeter signum possessoris *Petavius* notavit in primo folio inscriptionem legi : « Hic | est| liber | sci | Mar | cialis | mo | nas | te| rii | Le | mo | ui | ce | n| sis ». Equidem non nego librum ad monasterium Lemovicense pertinuisse, praesertim cum in principio codicis notata sit anni 1223 altercatio inter episcopum Lemovicensem et abbatem S. Martialis (scriptura satis grandi, fortasse Bernardi Iterii, de quo cf. L. Delisle, *Le Cabinet des manuscrits de la Bibl. nationale*, I, p. 390, etc.).

At aliam originem liber probat, cum verba « Mar | cialis » et « Le | mo | ui » in inscriptione supradicta nonnisi in rasura inveniantur, et iterum inscriptio similis erasa appareat fol. 146 v° et 156 v°. Legi autem fol. 146 v° sub rasura : « Hic| est | lib. | sci | be | ne | dicti | ab | ba | tis | mo | nas | te | rii| flo | ria | cen | sis », unde concludendum librum olim ad monasterium Floriacense pertinuisse et ibi verisimiliter scriptum fuisse.

Codex partim unciali scriptura (fol. 1-98 v°), ultimo versu folii 98 v° Merovingicis litteris completo, partim semiunciali (fol. 99-228) cujus specimen inferius invenies. Quaterniones signati sunt in angulo dextro imi marginis. Pulchrum et accuratum scribendi genus quod, si minus ornamentis litterarum F L T dextrorsum descendentibus scriba indulsisset, sexto etiam saeculo tribuere potuissemus.

## TABVLA XXXI

SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex n° 908, pag. 217.

Scriptura prior : *Oracula* [*Sortes Sangallenses*, ed. Winnefeld, p. 42-43].

VI. inter vos patienter agite ; quid
vobis cum judice ?
VII. festina celerius ne incipiant
filii tui alio servire.

VIII. post modicum tempus videbis
parentes tuos.
VIIII. parum ages in civitate.
X. si instans, consequeris honores
sed et infamaveris.
XI. bene tibi est, ut quid patriam
tuam desideras?
XII. habes in fatis patriam tuam videre.

I. succurre tibi ne praesignentur
bona tua.
II. liberaberis a fisco, sed per amicum tuum.
III. bona est fortuna tua sed non tota.
IIII. vix consequeris obsonium
quem vis accipere.
V. accipies salarium in perpetuo.
VI. accipies pignus sed non cum invidia.
VII. adi judicem, quia expedit tibi.
VIII. filii tui te desiderant et tu ad illos
festina et videbis filios tuos ante te.

Codex palimpsestus ex octo antiquis libris consarcinatus. Cf. descriptionem a Scherrero accurate factam in *Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen*, Halle 1875, p. 324 sqq. Inter antiquos textus quos scribae saec. IX abluere tentaverant invenitur Flavius Merobaudes (vid. Zangemeister et Wattenbach, *Exempla cod. lat.*, tab. LI).

Paginas 32 impletas « nugis de divinatione ex somniis » Niebuhrius neglexerat, primus Fredericus Bücheler in Indice schol. aestiv. Bonnensi an. 1877, p. 13 sqq. tractavit, deinde Hermannus Winnefeld in dissertatione *Sortes Sangallenses ineditae* (Bonnae, 1887) totas quantum condicio membranarum permittebat eruit. Eae sortes ejusdem generis sunt ac graeca Astrampsychi oracula.

Scriptura saeculo septimo exeunti tribuenda est, ut etiam reliquiae Vegetii juxtapositae.

Scriptura posterior : *Glossae* (saeculo nono incipiente scriptae).

pudor verecundia
puerpera dicitur quae primum partum puerum generat

puerperium nuncupat*ur* cu*m* primo partu puer nascit*ur*
prosperitas felicitas
prolexitas longitudo
protegit operit, sibi conservat
persistit non desinit
pr*a*eposterum non rectu*m* vel obliquuum
problema pr*o*positio s*ive* parabula
p*er*lustrat p*er*vidit
p*er*tendit p*er*git
praelidat praegustat [variæ
pr*o*miscue conmixtim sive divese vel
p*er*petrat conmittit sibi p*er*agit
p*er*petitur patitur
patravit p*er*fecit sive explevit
p*er*nox p*er*noctans
profligatus adflictus sive distractus
processu tempor*um* accedente tempore
pr*o*vectior ætas majora ætas
præsul principes
QUO MENTE QUO ANIMO
qua sententia quo consilio
qua vi qua violentia
quantitas qualitas
quod si sin
quampridem quam molim sibi quam dudum

2° Ejusdem codicis pag. 283 : Scriptura prior : Vegetius, *Mulomedicina*, I, XVII, 11-13 [Scriptores rei rusticae, ed. Schneider, Lips., 1797, IV, p. 32.]

sum agrestem cucumerem et aquae sufficienter admixtum bibere cogatur. Laudatur et haec potio : herbae sabinae libr*am* I, trexaginis *unc.* III, centauriae *unc.* II, aristoliciae *unc.* IIII, bacarum lauri *unc.* IIII, murrae *unc.* IIII. Omnia contundis et cernes et in pulvere minutissimum rediges, et cum necessitas fuerit coclearem grandem plenum cum vini sextario tepefacto faucibus tediantis infundis. haec quoque adversum omnes morbos medicina succurret quod quatenus vires patiuntur interpositis Q[*uaternio*] III.

Scripturam falso sexti saeculi dictam, numerus quaternionis hic conservatus nos docet septimo saeculo exeunte perfici potuisse, cum formae litterarum NRT prope ad octavum accedant.

Scriptura posterior : *Glossae Vergilianae* [ed. Goetz, Corp. glossar. latin. vol. IV, 1889, p. 428].

| | |
|---|---|
| Aere ruebant | navibus mare secabant |
| Aestate novia | verno tempore |
| Aestos | pavores |
| Aestus maris | accessus et recessus |
| Aethana | mons Siciliae |
| Aetas | tempus |
| Aether | summa pars caeli |
| Aethera | possessio caeli ignea |
| Aetheria sidera | sidera aetheris plaga |
| Aethiopes | genus in ultimis Africae finibus |
| Aethra | rota caeli |
| Aeverbis | locus quod inferos descensor est |
| Aevis | temporibus |
| Aevo | saenili aetate |
| Aeterni ignis | solis ictus |
| Affato | conloquium |
| Affectare | invadere |
| Affigere | vel tenere |
| Afflarat | adspirat |
| Afflictus | oppressis vexatis crema \|\| tis |
| Agenoris urbe | chartago est a turis condita |
| Agens telis | persequens sagittis |
| Agere | tractare |
| Agit | persequitur |
| Agitat | regit |
| Agetate | fugam; fugae consilium habete |
| Agmine | incensu |

Eae glosae, ut praecedentes, saeculo nono incipiente scriptae videntur.

## TABVLA XXXII

1° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 6413, fol. 100 : Isidorus, *Sententiarum* lib. II, c. 20-21 [Migne, LXXXIII, 623] :

cant nec ullam utuntur sceleris verecundiam ;
quedam enim jam justicie porcio est iniquitatem
suam homini abscondere et in semetipso de pecca-
tis propriis erubescere.
Peccatum perpetrare crimen est, peccatum
predicare clamor est, de quo etiam dicit apostolus :
et clamor auferatur a vobis cum omni malicia, id
est cum ipsis peccatis.
Ex eo ipso quo quisque peccatum quod agit
abscondit judicii jam esse in judicium, quia non e-
rubescitur nisi de conscienciae reatu. Ergo et hoc
ipsut quod quisque de facto suo erubescit, ipse sibi jam
judex fit.

XX. DE PECCATI AMORE.

Aliud est non peccare amare dilectionis Dei, aliut
timore supplicii ; qui enim amore caritatis
Dei non peccat, o[r]rescit omne malum amplectendo
justiciae bonum ; nec eum delectat peccatum etiam
si sceleris inpunitas promittatur ; qui vero sola
pena supplicii in se vicia reprimit, quamvis non ex-
pleat opus peccati, vivit tamen in eo volumtas pec-
candi, doletque sibi inlicitum quod lex proibere
dinoscitur ; ille ergo mercedem boni operis percipit
qui amando justiciam facit non his qui eam solo metu.

Cum Isidorus Hispalensis an. 636 mortuus sit, Benedictini (*Nouv. traité*, III, p. 49) conjiciebant vivente auctore forsitan hunc codicem scriptum fuisse. Nulli quaternioni numerus appositus est (nisi glutinator omnes numeros abraserit) unde nobis auxilium ad judicandam aetatem pretiosum deest. Equidem septimi saeculi vestigia inesse non nego, sed tamen litterae FPQ in acumen desinentes initium octavi animo suggerunt. Cf. infra tab. XLI.

2° SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex 226, p. 15 : Isidorus, *Synonymorum* lib. II, 86-87 [Migne, LXXXIII, 864-865].

qui manifestabit consilia cordium; quamvis enim vera sint, credenda non sunt nisi quae certis indiciis conprobantur et ordine judicario puslecantur. In sommo[1] honore summa sit tibi humillitas; quamvis summus sis humilitatem tene; quamvis sublimis potestates in te celsitudines repreme, non te extollat honor, praeside humiles culmen sublimitates. tantum majori humilitate conspicuos quanto magna est dignetate praelatus. Insitas quoque tibi curas humilitas exple, traditum tibi ministerium mentae subdita suscipe, esto oboediens divinae dispensationi, volontate ejus contrahere non audias ; jura potestates adepta moderantes[2] exerce, omnia non turbolenter sed tranquillo corde dispone. Cave autem honores quos tenere

Liber in papyro scriptus de quo cf. Martinum Gerbert, *Iter Alemannicum* (2° ed. typis San Blasianis, 1773), p. 92-94. Paucos qui supersunt ejusmodi libros enumeravit W. Wattenbach, *Das Schriftwesen im Mittelalter,* 3° ed. (Leipz. 1896) p. 105. Aliquoties (e. g. pag. 29) nonnullos versus vacuos scriba reliquit ne scriptura iniquae materiae male succederet.

1. Corr. *summo.*
2. Corr. *moderanter.*

## TABVLA XXXIII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 2206, fol. 92 : Gregorii *Moralia in Job*, lib. XXVI, in caput 34 Job, cap. 26 [Migne, LXXVI, 378].

noxia omne quod potenter valit ignorare, recte itaque de talibus dicetur : D*eus* potentis non abicit cum et ipse sit potens. D*eum* quippe imitari desiderat qui fastigium potentiae alienis intentus utilitatibus et non suis laudibus elatus administrat, qui prelatis ceteris prodesse appetit, non preesse ; tumoris namq*ue* elatio, non ordo potestatis in crimene est ; potentiam D*eus* tribuit, elationem vero p[ot]ent*iae* malitia(e) nostrae mentis invenit. Tollamus ergo quod de nostro contulimus, et bona sunt quae D*eo* largiente possedimus ; quia enim nequaqua*m* justa potentia sed actio prava damnatur, aperte subjungitur : sed non salvat impius et judicium pauperibus tribuit. Scriptura sacra plerumque pauperis humiles vocare consuevit, unde in euangelio cum adjectione sp*iritus* nominatur dum dicetur : « Beati pauperis sp*iritu* q*uoniam* ipsor*um* est rignum caelorum » quia enim divitiae visebeliter potentis ostendunt, apud semetipsus pauperis sunt quia elati in suis conscientiis non sunt ; eos vero impius vocat qui aut a fedei pietate disjuncti sunt aut in hoc quod fedeliter credunt pravis sibi moribus contradicunt ; quia ergo omnipotens D*eus* malitiae superbiam non potentiae celsitudinem damnat, postquam dictum est : D*eus* potentis non abjecit cum et ipse sit potens, recte subjungitur : sed non salvat impius et judicium pauperibus tribuit, id est elatio[nem] distruit, humiles vero per judicium liberus reddit ; vel certe judicium pauperibus tribuit qui hi qui nunc nequitur oppremuntur, ipsi tunc super op-

De eo codice agitur apud Benedictinos (*Nouv. traité*, III, p. 173). Cujus membrana adeo malae condicionis fuit ut

scriba non raro versus plurimos vel paginas vacuas relinqueret. Pessimam temporis orthographiam, praesertim *e* pro *i*, *u* pro *o*, corrector posterius mutavit. Quaternionibus in medio marginis imi signatis, non ante finem septimi saeculi codex scriptus fuit.

## TABVLA XXXIV

AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 16 (nunc 19), fol. 24 : *Prophetia Ezechielis*, cap. XLIV, 25-XLV, 5.

et ad mortuum hominem
non ingredientur ne
polluantur,
nisi ad patrem et matrem
et filium et filiam et fratrem et sororem quae
alterum virum non habuit, in quib*us* contaminabuntur,
et postquam fuerit emundatus septem dies numerabuntur ei,
et in die introitus sui in
sanc*t*uarium ad atrium
interius,
ut ministre(n)t mihi in sanc*t*uario
offeret pro peccato suo,
ait Dom*i*n*us* Deus
[Non] erit autem eis hereditas,
ego hereditas eorum
et possessionem non dabitis eis in Isra*h*el, ego enim
possessio eorum ;
victimam et pro peccato
et pro delicto ipsi comedent et omne(m) votum
in Isra*h*el ipsorum erit,
et primitiva omnium primogenitorum et omnium a bestia de avib*us* et
de pecorib*us* non comedent sacerdotes.
Cumq*ue* coeperitis terram
dividere de sortito, separate primitias Dom*i*no,
sanc*t*ificatum de terra, longitudine viginti quinq*ue*
milia et latitudine
decem milia,
sanc*t*ificatum erit in omni
termino ejus per circuitum
et erit ex omni parte sanc*t*ificatum quingentos per
quingentos, quadrifariam per circuitum ;
et quinquaginta cubitis
in suburbana ejus
per gyrum
et a mensura ista mensurabis longitudinem
viginti quinq*ue* milium
et latitudinem dec*em*
milium,
et in ipso erit templum
sanc*t*umq*ue* sanc*t*orum
sanc*t*ificatum de terra erit
sacerdotib*us* ministris
sanc*t*uarii, quia accedunt

nia libamenta ex omnibus
quae offeruntur sacer-
dotum erunt,
et primitiva ciborum ves-
trorum dabitis sacer-
doti ut reponat bene-
dictionem domui suæ ;
omne morticinum et cap-
ad ministerium Domini,
et erit eis locus in domos
et in sanctuarium sanctitatis;
viginti quinque milia au-
tem longitudinis et
decem milia latitudi-
nis erunt levitis,
qui ministrant domui ip-

Fragmentum Bibliae (vel Libri Prophetarum) per cola et commata scriptae, cujus textus optime cum Amiatino concordat. Cf. *Biblia sacra latina veteris Testamenti*,... ed. Th. Heyse ... et Constantinus de Tischendorf (Lips., 1873), p. 875.

Sex tantum folia, ne integra quidem, et maximam partem corrosa, supersunt. Fol. 25 in margine invenitur nota : HEL[*ias*] *monachus* (ea voce notis tironianis expressa). Fortasse nomen suum inscripsit saeculo nono idem monachus Miciacensis cujus supra (tab. XIV, 1°) mentionem fecimus. Unde dubitatio nascitur utrum fragmentis omnibus a domino Chazal in codices 16 et 169 collectis Floriacensis an Miciacensis origo sit agnoscenda. At quantum ad scribendi genus parvi refert, cum modus vel ars librorum conficiendorum similiter in utroque coenobio viguerit.

## TABVLA XXXV

AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 16 (nunc 19), fol. 32 v° : Pauli *epistola ad Philippenses* I, 15-28.

ter bonam voluntа-
tem Christum praedicant.
quidam ex caritate
scientes quoniam in
defensionem euan-
gelii positus sum,
quidam ex contentio-
ne Christum adnuntiant
non sincere,
sive per mortem
mihi enim vivere Christus est
et mori lucrum
quod si vivere in carne
hic mihi fructus
operis est, et quid
eligam ignoro.
coartor autem e duobus
desiderium habens

existimantes pressu-
ram resuscitare
vinculis meis
quid enim ? dum omni
modo
sive per occansione
sive per veritatem
Chr*ist*us adnuntietur
et in hoc gaudeo
sed et gaudebo
scio enim quoniam
haec mihi proveni-
et in salutem
per vestram oratio-
nem et subministra-
tionem sp*irit*us Jhesu Chr*ist*i
secundum expectatio-
nem et spem mea*m*
quia in nullo confundar
sed in omni fiducia
sicut semper et nunc
magnificabitur Chr*ist*us
in corpore meo
sive per vitam
dissolvi et cum Chr*ist*o es-
se, multo magis melius ;
permane[re] autem in
carne magis neces-
sarium est propter vos ;
et hoc confidens scio
quia manebo et per-
manebo omnib*us* vobis
ad profectum vestru*m*
et gaudium fidei,
ut gratulatio vestra
abundet in Chr*ist*o Jhesu
in me, per meum ad-
ventum iteru*m* ad vos.
Tantum digne in Chr*ist*i euan-
gelio conversamini,
ut sive cum venero
et videro vos
sive absens audiam
de vobis, quia sta-
tis in uno sp*irit*u
unianimes conlabo-
rantes fide euange[lii
et in nullo terream[ini

Fragmentum duorum foliorum. Pauli textus fere cum Amiatino concordat. Cf. *Codex Amiatinus. Novum Testamentum latine, interprete Hieronymo...* ed. C. Tischendorf, Lips., 1854, p. 314 sq.

## TABVLA XXXVI

1° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 16 (nunc 19), fol. 8 : *Liber II Regum*, III, 33-IV, 2.

solent ignavi,
mortuus es Abner.
manus tuae non sunt
ligatae et pedes tui
non sunt compedib*us*
quoniam non actu*m*
fuisset a rege
ut occideretur
Abner filius Ner;
dixit quoque rex

adgravati,
sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis conruisti[1]
congeminansque omnis populus flevit super eum
Cumque venisset universa multitudo cibum capere cum[2] David, clara adhuc die juravit David dicens :
haec faciat mihi Deus et haec addat,
si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quicquam.
omnisque populus audivit et placuerunt eis cuncta quae fecit rex in conspectu totius populi
et cognovit omne vulgus et universus [Israel in die illa]
ad servos suos :
num ignoratis quoniam princeps et maximus cecidit hodie in Israhel,
ego autem adhuc delicatus et unctus rex[3]
et quia hodie cognitus et constitutus sub rege fui ;
porro viri isti fil[i]i Sarviae duri mihi sunt
nunc retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam suam.
audivit autem filius Saul quod cecidisse[t] Abner in Hebron,
et dissolutae sunt manus ejus
omnisque Israhel perturbatus est
duo aute[m viri...]
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Decem folia ad Libros Regum pertinentia restant de codice Bibliae per cola et commata scriptae, cujus 32 versus pagina quaeque continebat.

Animadversione dignum hic (ut jam tab. XXXIV-XXXV) compendium litterae M in fine versuum lineola cum puncto subjacente significari, tanquam in antiquissimis codicibus.

2° AURELIANI. Bibliothecae civitatis cod. 169 (192), fol. 30 : Pseudo-Hieronymus, Epistola 3, *ad Marcellam ut adversa toleret* [Migne, XXX, 53 B-C.] :

1. Corr. *corruisti*.
2. Videtur scriba *capere eum* exaravisse, litteris *c e* invicem mutatis.
3. Quae sequuntur : « et quia ... fui » e graeco septuaginta interpretum tracta sunt ; sic varia lectio prius in margine posita in textum introducta est.

Dominus, vide quanta gloria tua repensatione mutavit qui te maluit
participem caelestium rerum
(si) fieri voluit quam ad finem
terrestrium permanere, ab humana dignitate transires in regno Dei; et quidem multis hominibus hujus saeculi vanitate captivis, similia Deus auxilia percipiendae
in aeternum salutis offerre dignatur, sed plerique superantibus
sana consilia quibus divitiarum
aut delectationibus corporarum
nolunt intellegere ut bene agant,
et malunt lata via perditionis
spatiari cum multis quam angustam semitam invenire cum paucis; unde et tu, beatissima, cui donatum est non indurari pia castigatione sed corrigi, neque gloriari in divitiis sed spem et rem
in Deo ponere et a sorte divitum
peccatorum, quorum cor ut caenis est, quia et cor sicut thesaurum suum in terra demergunt,
transire ad pauperum beatorum
sortem quorum formam Christus

Hoc fragmentum descripsit S. Brandt, Sitz. d. Wiener Akad., CX, 1886, p. 172.

## TABVLA XXXVII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 1732, fol 41 v° : Ambrosius, *de Officiis*, lib. II, 1 [Migne, XVI, 109].

CONFESSORIS ET EPISCOPI
DE OFFICIIS EXPL*icit* LIB. I. INC*i*P*it* LIB. II.
Superiore libro de officiis tractavimus
quae convenire honestati arbitraremur,
in qua vitam beatam positam esse nulli dubita-

berunt, quam scribtura appellat vitam aeternam. Tantus enim splendor honestatis est ut vitam beatam efficiant tranquillitas conscientiae et securitas (securitas) innocentiae, et ideo sicut exortus sol lunae globum et citera stillarum abscundit lumina, ita fulgor honestatis, ub[i] viro [1] et incorrupto vibrat decore, citera quae putantur bona secundum voluptatem corporis aut secundum saeculum clara et inlustria obumbrat. Beata plane quae non alienis aestimatur judiciis, sed domesticis percipitur sensibus, tamquam sui judix. Neque enim popularis opiniones pro mercede aliqua requirit, neque pro supplicio pavet. Itaque quo minus sequitur gloriam,eo magis super eam eminit. Nam qui gloriam requirunt his ea mercis praesentium, umbra futurorum est quae inpediat vitam aeternam ; quod in euangelio scribtum est : Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam ; de his scilicet qui velut tuba canenti vulgare liberalitatem suam quam faciunt circa pauperes gestiunt. Similiter et de jejunio quod ostentationes causa faciunt : habent, inquit, mercedem suam. Honestatis igitur est vel misericor-

De eo codice adi Benedictinos (*Nouv. traité*, III, p. 46-47 etc.) et splendidum opus comitis de Bastard (*Peintures et Ornements...*, tab. XIII.)

Quaterniones a variis scripti amanuensibus, seriem numerorum vel litterarum triplicem praebent ; primi scilicet in dextro angulo, sequentes in medio imi marginis signati sunt, unde concludendum est vel fasciculis primis ultimos multo posteriores esse, vel plures scribas simul codici operam dedisse, cum locum signi mutare jam licebat, id est in fine septimi vel principio octavi saeculi.

Initiales viridi, flavo, rubro colore ornatae sunt. Litterae A venter tanquam bulla tintinnabuli apparet, quod videre est in codice Augustini an. 669 scripto (ap. dominum Caron de Troussures servato), cujus imaginem dedit L. Delisle, *Not. et extr.*, XXX, 2ª p. (Cf. quae de anno duodecimo Chlotarii illic notato disseruerit Julianus Havet, *Œuvres*, I, p. 91 sqq.).

1. Corr. *vero*.

## TABVLA XXXVIII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 12205, fol. 29 : Augustinus, *de correptione et gratia*, init. [ed. Gaume, X, 1281].

Lectis litteris vestris, Valentine frater dilectissime et qui simul servitis Deo, quas per fratrem Florum et eos qui cum illo ad nos venerunt misit caritas vestra egi Deo gratias quod vestram in Domino pacem et in veritate consensionem et in caritate flagrantiam vestro nobis reddito sermone cognovi, quod autem ad subversionem quorundam apud vos molitus est inimicus, Deo miserante et ejus insidias in suorum servorum provectum mirabili bonitate vertente, ad hoc potius valuit ut nulli vestrum destruerentur in pejus sed nonnulli instruerentur in melius. Non itaque opus est omnia identidem retractare quae sufficienter vobis pleno libro disputata transmisimus; quem quomodo susciperitis rescripta indicant vestra, verumtamen semel lectum nullo modo arbitremini satis vobis innotiscere potuisse. Si ergo eum fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notissimum ut diligentissime sciatis quibus et qualibus apsolvendis adque sanandis non ibi humana sed divina hoccurrat auctoritas, a qua recidere non debemus si volumus pervenire quo tendimus, Dominus autem ipse non solum ostendit nobis a quo malo declinemus et quod bonum faciamus, quod solum potest legis littera, verum etiam adjubat nos ut declinemus a malo et faciamus bonum quod nullus potest nisi spiritus gratiae, quae si desit ad hoc lex adest ut reos faciat et occidat, propter quod dicit apostolus : littera occidit, spiritus autem vivificat; qui ergo legitime lege utitur discit in ea malum et bonum et non

*In margine* : Quod lex non liberat || a peccato sine || gratia.

Codex olim Corbeiensis, postea S. Germani de Pratis (n° 630, deinde n° 255), de quo egerunt Benedictini (*Nouv. traité*, III, 173, 244) atque Delisle, *Cabinet des mss.*, III, 199 sq.

Post opuscula Augustini regulasque monasticas additus est (fol. 152 v°-153) catalogus pontificum quorum ultimus est Johannes VI (ann. 701-705). Etiam plurima libri folia tenuissima sunt. Quaterniones adhuc in angulo dextro signati. Verisimiliter circa finem septimi saeculi totus codex, praeter catalogum, exaratus est.

## TABVLA XXXIX

TRECIS in Campania. Bibliothecae civitatis codex n° 504 Gregorii *liber pastoralis*, part. 3ª, c. 11-12, aliter 35-36 [Migne, LXXVI, 66].

prudentiam erigunt per justitiae
sententiam prosternuntur.

XXXVI. Aliter ammonendi sunt incolumes atque aliter *a*egri, ammonendi sunt incolumes ut salutem corporis exerceant ad salutem mentis, ne si acceptae incolumitatis gratiam ad usum nequitiae inclinant dono[1] deteriores fiant; et eo postmodu*m* supplicia graviora mereantur, q*uo* nunc largioribus bonis D*e*i male uti non metuunt. Ammonendi sunt incolumes ne oportunitatem salutis in perpetuum promerendae despiciant; scriptum namque est : ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; ammonendi sunt ne placere D*e*o, si cum possunt noluerint, cu*m* voluerint sero non possint. Hinc est enim quod post sapientia deserit q*uos* prius diutius rennuentes vocavit dicens : Vocavi et rennuistis, extendi manum meam et non fuit qui aspiceret; despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis. AD CORINTHIOS II IN PROVERBII 8

1. Corr. *donec.*

Mabillonius, ut fama est (teste Grosley, *Vie des Pithou*, t. II, p. 278), existimavit codicem illum tempore Gregorii scriptum, vel pontifice dirigente scribam, vel ipso librum exarante. Anno quidem 590 constat Pastoralem a Gregorio compositum esse in basilica Sancti Petri, unde in *Catalogue gén. des mss. ... des départements*, t. II (1855), p. 220 sq. legitur codicem nostrum exeunte sexto vel incipiente septimo saeculo perfectum. At nunc talis antiquitas concedi nequi. Liber non vetustior quam praecedens est et circa annum 700 exaratus videtur.

## TABVLA XL

SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex 188, pag. 226 : Maximi Taurinensis *homelia* 40 [Migne, LVII, 316 B] et *Sermo* 16 [Ibid., 563].

resoluti culpa jejunii, quae non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Jonatha indictum a patre jejunium cur resolverit, morti addicitur ; qui sciens indictum a Christo resolvit jejunium, quid meretur ? Ergo, fratres, statutum nobis custodiamus omni observatio[ne] jejunium, ut ut hostes nostros spiritalis[1] carnalisque vincamus. Habemus enim, sicut nostis, et carnalis hostis[2] ; jejunemus igitur ut eos exercitus noster superet Saul obtineat, nec in abstinentia positi declinemus ad favum ; favus enim quaedam* inpinguant fauces, novissimae amariora sunt felle.

LXX. ITEM SEQUENTIA.

Non usque adeo contristari debemus, fratres, quod in his quadrage(n)seme[3] diebus timptatio[4] nos tribulationis invenit, quoniam et salvatorem nostrum propter ipsam quadrage(n)simam videmus esse temptatum ; minus ergo dolere debemus

1. Corr. *spiritales carnalesque*.
2. Corr. *carnales hostes*.
3. Corr. *quadragesime*.
4. Corr. *temptatio*.

servoli[1] quia Domini habemus exemplum; ubi enim
est similis cum Christo divotio[2], similis est et cum
Christo temptatio; condicionem enim nobis inpo-
nit tolerandi condicio jejunandi; credimus
autem quo[3] sicut salvator noster diabulum
cum temptaretur obtinuit, ita et nos hos-
tes nostros cum tribulamur posse devince-
re. Jejunia enim Christi temptari possunt, non pos-
sunt superari; angustias quidem habent
in observationem sed prosperitatem tri-
buunt ad salutem. Videamus igitur

Post versum 11 omissio sic reparatur (scriptura cursoria) :
*mundi est voluptas et vitia, quod sicut scriptum est ad tempus quidem

Eo codice usus est Mabillonius cum Maximi homelias ederet (Paris, 1687, 4°), nec non Br. Brunus (Maximi Taurin. opera, Romae, 1784). Vid. Scherrer, *Verzeichniss der Handschr. der Stiftsbibliothek von St. Gallen*, p. 67. Eum non ante finem septimi vel principium octavi scriptum fuisse eo apparet quod quaterniones in medio imi marginis signati sunt (e. g. pag. 340 : $\overline{\text{QR}}$. XXIIII). Omissa verba vel unciali vel cursoria scriptura restituta sunt.

1. Corr. *servuli*.
2. Corr. *devotio*.
3. Corr. *quod*.

# OCTAVUM SAECULUM

Octavo saeculo appendices supernae hastarum in HL crescunt, L in caudam manifestam plerumque desinit, R adeo crasso ventre superbit ut is plus quam dimidiam hastam occupet, litterae M prior lunula saepe clauditur, lunularum junctura non raro quasi in basi superflua requiescit, crus obliquum litterae N neque caput prioris neque pedem tertii attingit ita ut forma parum ab H capitali distinguatur, T capite sinistrorsum ac dextrorsum inclinato ornatur, nisi semiuncialem vel minusculam formam admittat.

Quaternionum ultima pagina in media parte imi marginis notatur.

Attamen post renatas sub Carolo magno litteras imitatio exemplarium antiquorum mirabiliter successit ac talium vitiorum expers evasit. Inde tot errores in aetate codicum existimanda critici recentiores admiserunt.

## TABVLA XLI

1° MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex F. 84 sup., fol. 88 v° : *Vitae Patrum*, lib. V, Verba Seniorum, c. 14,4 [Migne, LXXIII, 948].

et ecce vinit [1], belua super ipsum.
Ille aut*em* secundum verbum senes inpe-

1. Hic et per totam paginam manus posterior correxit *i* et *e* injuria a priore scriba scriptos et infra *babose* pro *bavose*.

tum ficit super ea*m* ut tenirit eam ; fugit au*tem* bestia, et sequebatur eam
ille dicens : expecta, quia abb*as* meus
dixit ut adligem te, et tenens eam
alligavit ; senex autem expectandu*m*
eum diucius sedibat et tribulationem adfligibatur, et ecce vinit et habibat besteam illam legatam.

Quod cum vidissit senex admiratus e*st*,
volens autem humiliari illum, ce(ce)dit
eum et dixit : Babose [et] fatuue
[canem] adduxisti mihi ; solvit [au*tem*] eam statim
senes et demisit habire.

Dicibant de abbate Silvano quod
habuerit in Sciti discipulum
nomine Marcum, et hic fuerit magnae oboedienciae, qui*a*
enim scriptur erat ; diligibat au*tem* eum
senix propter oboedienciam suam

Olim « liber sancti Columbani de Bobio » n° 149, sic notatus in Inventario an. 1461 : « Vita sanctorum patrum sive adhortationes contra octo principalia vicia. Eorundem patrum Sententie. Castigatio sancti Lupi ad clericum monendum. In littera antiquissima que appellatur capivers[alis]. Satis parvi vol[uminis]. Asser[es] al[bi]. » (Cf. Peyron, p. 42.) Vide descriptionem ap. Reifferscheid, *Bibl. Patr. Ital.*, II, p. 96-98.

Duabus minimum manibus codex scriptus est, quod patet fol. 88 v°-89. Membrana crassa. Litterae initiales rubro, viridi, flavo colore ornantur. Orthographia pessumdatur ; saepius inveniuntur formae : « habimus, venirunt, egirunt, exicutionum, etc. » Quaterniones raro signantur, tamen fol. 7 v° legitur Q in sinistra, I in dextra imi marginis parte. Unde non ante primordia octavi saeculi exaratus liber videtur. Notanda acuta cauda litterarum FPQ.

2° PARISIIS. Bibliothecae patriae codex Nov. acq. lat. 446, fol. 10 v° : Hieronymi *excerpta*.

INCiPiT AD EVFEMIA.
Multi juvenis servientis[1]
Deo et caelebriter ex hac luce
migratis ita viam Dom*i*ni gres-
su praepeti cucurrerunt
ut in brevi vitae spacium
tempora virtutum multa
conplerent; adque utinam
praeconia jovenum imitaren-
tur senis[2] et rugus ac se-
nectus redderit quod spon-
te offert aduliscentia.[3]
honora patrem tuum sed si
te a vero patre non separat

In margine nota tironiana *decipit*, et infra : *Mon*[*achi*].

Is codex tantum pars est e codice Lugdunensi 517 ablata. De eo egerunt Carolus Zangemeister, *Sitzungsb. d. Wien. Akad.*, LXXXIV, 1876, p. 559; Leop. Delisle, *Les mss. du comte d'Ashburnham* (Paris, 1883, 4°), p. 49-51; *Catalogue des mss. Libri et Barrois*, p. 27-28, et pl. I, 2.

Omnium qui hunc codicem inspexerunt nemo locum Hieronymi invenit. Nulla enim exstat inter opera Hieronymi epistula ad Euphemiam missa neque inter epistulas ceterorum Patrum talis reperitur. Falsam esse inscriptionem fortasse indicat nota tironiana *decipit* in margine apposita. Sane hic non integrum textum, sed potius excerpta seu flores habemus quae parandis sermonibus prodesse possent. Nam in marginibus occurrunt notae *Virg*[ines], *Sac*[erdotes], *Mar*[tyres], *Mor*[tui], *Mon*[achi], *Vid*[uae], *Paen*[itentes], *Cl*[erici], *El*[eemosynae] et saepe *Gen*[eralia]. Immo non ad verbum Hieronymi

1. *Juvenes servientes*, corr. man. recent.
2. *Senes*, corr. man. recent.
3. *Adolescentia*, corr. man. recent.

textus affertur. Haec inveni in Epistula 54, ad Furiam [Migne XXII, 550] : « Blaesillamque praetereo quae maritum suum... secuta... in brevi vitae spatio tempora virtutum multa complevit. Atque utinam praeconia feminarum imitarentur viri, et rugosa senectus redderet quod sponte offert adolescentia ». Et paulo post : « Honora patrem tuum, si te a vero patre non separat ». Utra sit genuina contextio viderint futuri Hieronymi editores.

Quantum ad scripturam, littera A septimum saeculum redolet, attamen propter pessimos ductus litterarum LNR et quaterniones in media imi marginis parte signatos non ante octavum saeculum codicem scriptum esse existimo. Animadversione digna est praeacuta litterarum FIPQ cauda.

## TABVLA XLII

1° ROMAE. Bibliothecae patriae e Victore Emmanuele nuncupatae codex 2107, fol. 3 v° : Salviani *epistula ad Eucherium* [ed. Wotke, p. 197. Corp. scr. eccl., vol. XXXI].

Domino et dulci suo Eucherio episcopo Salvianus. Per(re)
legi libros tuos quos transmisisti stilo brebes, doctrina uberes, lectione expeditos
instructione perfectos, menti tuae et pietati pares, nec miror quod
tam utile ac pulchrum opus ad instructionem potissimum *sanct*orum ac beatorum pignorum condidisti ; cum enim
eximium in eis templum Deo aedificaveris, doctrinam novae eruditionis
quasi summi aedificii tui culmen ornasti et ut indolis *sanct*ae tuae*que* doctrinae ac vita inlustrarentur quos morali institutione formaveras spiritali instructione decorasti. Sup*er*est
ut Do*m*inus Deus noster, cujus dona admiran-

Codex celeber, olim Sessorianus LXXVII, Eucherii Lugdunensis episcopi formulas instructionesque praebet. De eo locuti sunt Angelus Mai, *Spicilegium Romanum*, V, p. 240; J. Pitra, *Analecta sacra spicilegio Solesmensi parata*, t. II, p. 484-575; Reifferscheid, *Bibl. Patr. ital.*, I, p. 140-142, denique Carolus Wotke in praefatione editionis supradictae (Vindob. 1894), p. VII-X.

De aetate scripturae diversissimas opiniones docti tulerunt, cum alii sextum, alii nonum saeculum admiserint. Antiquiori tempori forma litterae L nimis ornatae obstat, sicut nimium in R abdomen; denique quaterniones signati sunt in media parte paginae ultimae (e. g. fol. 63 v°, 71 v°, etc.), quod fere non ante saeculum octavum videtur in usu fuisse.

Litterae initiales rubro ac viridi colore gustum Merovingicum redolent.

2° ROMAE. Bibliothecae Vaticanae codex inter Palatinos lat. 277, fol. 56 : *Anonymus Malalianus* [Chronica minora, ed. Mommsen, vol. III, p. 426].

Incipit auctoritas operis presentis. Christe fave votis bonis.

Jam tempus est ut se veritas
luculentis rationis optutibus
omnibus semetipsam perlustret
in faciem, jam prudentiori
conatu tamquam perobstrusis
cavernarum rivulis novam et in-
tegram se veritas prodat ex utero.
Jam ne nos fallant multoloquio
suo Scottorum scolaces, ipsa se
nobis veritas loquidissimis labio-
rum promat nectareis, ut omnem
a nobis amaritudinem tollat alie-
ne doctrine, ut antra caliginis
ob(n)nuvilante mendacio sua nos
veritas luce tamquam [solis] jubar

inlustret ab alto, ut mendacium
fugientes veritas amplectetur.
Exuti caliginem tenebrose noctis
obstante lux vera causarum

De codice illo egerunt Arevalus, *Isidoriana,* IV, 102 [Migne, LXXXI, 862]. Ang. Mai, *Spicileg. Rom.* IX, 118 sq. Bethmann, *Arch. f. ält. Gesch.* XII, 333; Reifferscheid, *Bibl. Patr. Ital.,* I, p. 288-290; Lud. Traube, *Byzantin. Zeitschrift,* 1895, p. 489-492; Theod. Mommsen, *Chronica minora,* t. III [Mon. Germ., Auct. antiquissimi, XIII], p. 424 sqq.

Judice Harnackio, non ante an. 740 tractatus ipse conditus est; scriptura autem optime medium octavum saeculum repraesentat.

## TABVLA XLIII

1° ROMAE. Bibliothecae Vaticanae codex Regin. lat. 317, fol. 252 v° : *Sacramentarium* [Migne, LXXII, 312-313].

Et propterea voluisti carnis
humilitatem adsumere, ut no-
bis humilitatis exempla relin-
queris et in quibuscumque passi-
onibus nos facires esse constan-
tes, praesta ut semper bona
quae a te percipimus tenea-
mus et quociens in peccatis
labimur per paenitenciam
relevemur, per[1]. POST NOMINA.
Recensitis offerentum no-
minibus divinam misericor-
diam exoremus, ut offe-
rentes sibi placitos esse

1. Inter versus scriba formulam complere voluit, notis tironianis infeliciter adhibitis : *Dominum Jhesum filium tuum qui tecum semper vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia saecula saeculorum*. Cf. meam « Introduction à l'étude des notes tironiennes, » p. 143 sq.

faciat et quae offerunt in
(odorem) in odorem incensi be-
ne flagrantes adsumat de-
functis pro quibus haec offerun-
tur aeternam beatitudinem,
viventibus graciam suae pieta-
tis.

De illo Sacramentario aetatis Merovingicae, quod videtur ad ecclesiam Augustodunensem pertinuisse antequam in possessionem Petavii perveniret, cf. L. Delisle, *Mémoire sur d'anciens sacramentaires*, p. 69-71 (*Mém. de l'Ac. des inscr.*, t. XXXII, 1re p., 1886)[1].

Textum ejus tanquam *Missale gothicum* seu *Gothico-Gallicanum* ediderunt J. M. Thomasius, *Codices Sacramentorum* (Romae, 1680, 4°. Cf. p. 389), Joh. Mabillonius, *de liturgia Gallicana* (Lutetiæ, 1685, 4°. Cf. p. 295), Muratorius, *Liturgia Romana vetus* (Venetiis, 1748, fol. Cf. p. 648), qui paginam unam aere incisam adjecit; vide etiam L. Duchesne, *Origines du culte chrétien*, p. 143 sq., Adalbert Ebner, *Quellen und Forschungen zur Geschichte und Kunstgeschichte der Missale Romanum im Mittelalter*. Iter Italicum (Freib. im Br., Herder, 1896), p. 240.

2° Ejusdem Bibliothecae cod. Regin. lat. 257, fol. 6 : *Sacramentarium* [Migne, LXXII, 319].

Benedictio || lectoris. || Domine sancte pater || omnipotens || aeterne Deus be- || nedicere digne- || ris famulum || tuum hunc || nomen illum in || officium lec- || toris ut assidui- || tate electionum || distinctus atque.

Sacramentarium aetatis Merovingicae ad usum cujusdam ecclesiae Gallicae. Vid. L. Delisle, *Mémoires sur d'anciens sacramentaires*, p. 71-73. Saltem diu servatum est in monasterio Sancti Dionysii in Francia, testibus notis RN + decimo

1. Obiter moneo nonnullas paginas aliorum sacramentariorum (Regin. 316, Holmiensis 1, etc.) cupro redditas inveniri in opere laudato Leopoldi Delisle.

tertio atque XLIII. XV^c^. XXIII decimoquinto saeculo appositis.

Textum ejus quasi *Missale Francorum* ediderunt Thomasius, Joh. Mabillonius, Muratorius (qui paginam unam aere incisam offert), opp. cit. Vide etiam L. Duchesne, op. cit. p. 119 sq.; Ad. Ebner, op. cit. p. 238.

## TABVLA XLIV

VALENTIANIS in Flandria. Bibliothecae civitatis cod. 455, fol. 8 v^o^ : Hieronymus, *Chronic. Eusebi,* praefatio [t. II, p. 7-8 edit. Schoene].

sapientem ut priores
sed philosophum id
est amatorem sapientiae dici voluit;
quem secutus Socratis Platonem erudivit, a quo famosa
in partes philosophia divisa est. Horum singulos juxta ordinem sequentis historiae suis locis
inseremus.
Igitur Moses cuntos
quos supra memoravimus antecedit
quia aetate Cecropis fuisse monstratus est. Ab LXXX autem anno Mosi et egressu Israhelis ex
Aegypto rursum ad
superiora conversus usq*ue* ad primum
annum (ab) Abrahæ
repperies annos DV
quos similiter a XLV
anno Cecropis usq*ue*
ad Ninum et Semiramin Assyriorum principes supputabis.
Primus quippe omnis
Asiae exceptis Indis
Ninus Beli filius regnavit. Itaque manifestum est Abraham
Nini aetate generatum, juxta eum tamen numerum quem
contractiorem editione ulgata sermo præbet hebraeus. Verum in curiositate
ne cesses, et cum divinam scripturam
diligenter evolveris, a nativitate
Abraham usq*ue* ad totius orbis diluvium
invenies retrorsum
annos DCCCCXLII;
item a diluvio usq*ue*

Ejusdem codicis fol. 137 v° : [t. II, p. 161 ed. Schoene].

ROMANORUM
Domitiani uxor Augusta apellatur.
II. Decreto senatus Titus inter Deos referatur.
Domitianus eunuchos fieri prohibuit.
III. Tres virgines Vestae ob stuprum damnatæ.
Plurimos senatorum Domitianus in exilium mittit.
Secundus Alexandrinae ecclesiæ constituitur episcopus Abilius qui praefuit annis XIII.
IIC IIII.
Domitianus templum sine lignorum admixtione construxit
CCXVI OLYMPias.
Primus Domitianus Dominum se et Deum appellaris jussit.
V.
Nasamones et Daci dimicantes adversum Romanos victi.
Duo menses aliter apellati, september Germanicus et october Domitianus.
VI.
Quintilianus ex Hispania Calagurritanus primus Romae publicam scolam et salariam e fisco accipit et clarit.
VII.
Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit atque occidit.
VIII.
CCXVII OLYMPias.
Domitianus mathematicos et philosophos Romana urbe pepulit.

Codex olim coenobii Sancti Amandi in Pabula (notatus 229 B), ubi eum viderat Aubertus Miraeus, ab Alfredo Schoene descriptus et adhibitus est ad editionem Eusebi chronicorum (Berol., Weidmann, 1866, 4°).

Quin septimo saeculo eum adscribamus prohibent signa quaternionum in medio marginis imi apposita per litteras A, B, C... U. Concedendum tamen formam litterae A, bullae tintinnabuli similem, septimo maxime saeculo usurpatam esse ; itaque octavi incipientis existimandus est.

Quaedam notae tironianae (fol. 8 v° et 10 v°) marginibus insertae sunt, quae quidem ex archetypo inepte transcriptae dubium sensum habent.

## TABVLA XLV

1° VINDOBONAE. Bibliothecae Caesareae cod. lat. 181, fol. 58 : *Inerarium Antonini Augusti* [p. 455, 9-461, 1 Wesseling ; 217 sqq. ed. Parthey et Pinder].

*Milia Passuum* XII. Aquis Terebellicis M. PM. XXXVIIII
Mosconnum M. PM. XVI. Segosa M. PM. XII.
Losa M. PM. XII. Boios M. PM. VII. Burdigalam *Milia Passuum* XVI.
Item ab Aquis Terebellicis Burdigala*m* M. PM. LXIIII sic : Coequosa M. PM. XVI. Telonnum M. PM. XVIII. Salomaco M. PM. XII. Burdigala M. PM. XVIII.
Item ab Aquis Te(r)rebellicis Tolosam M. PM. (C)CXXX (VIIII). Benearnum. M. PM. XVIIII. Oppido novo M. PM. XVIII. Aquis Convenarum M. PM. VIII. Lugudunum M. PM. XVI. Calagorris M. PM. XXVI. Aquis siccis M. PM. XVI. Vernosole M. PM. XII. Tôlosa M. PM. XV.
DE AQUITANICA IN GALLIAS.
Item a Burdigala Augustodunum M. PM. CCLXXIIII. Blauto M. PM. XVIIII. Tamnum M. PM. XVI. Novioregum M. PM. XII. Mediolanum Santonum M. PM. XV. Aunedonnacum M. PM. XVI. Rauranum M. PM. XX. Lomounum M. PM. XXI. Fines M. PM. XXI Agrantomago M. PM. XXI. Ernodorum M. PM. XXVII. Avaricum M. PM. XIII. Tincontium M. PM. XX. Deccidae M. PM. XXII. Alisincum M. PM. XIIII. Augustoduno M. PM. XXII.
De Aquitania in Gallias.

In margine : *R*[*equirendum*] XCVIIII *minus* et infra : *R*[*equirendum*] *super*[*ius*].

Codicem descripserunt Parthey et Pinder, ed. cit. p. XVIII ; ex. Riese, *Geographi latini minores* (Heilbronnae, 1878),

p. XL sq. Rubro, viridi vel flavo colore litterae initiales ornantur, quod apparet in specimine a Parthey et Pinder edito tab. II, 1.

2° ROMAE. Codex Vaticanus lat. 3321, fol. 177 : Isidorus, *Differentiarum* lib. I, 72-79 [Migne, LXXXIII, 18].

sibitum est felix sequenter et aliis
ut est illut Virgilianum : Sis felix non sum-
que leves coqumque laborem. Felix autem di-
citur per quem datur et adipiscitur fe-
licitas, ut felix tempus, felix locus, felix [e]ventus.
Inter bibere et potare quid interest? Responsio : bibere
naturae est, potare luxuriae.
Inter balneum et balineum quid interest? Responsio : in prosa
cotidiano sermone balineum, in bersum
balneum dicimus.
Inter bucinam et bucinum quid interest? Responsio : bucina est
tuba qua signum datur in hoste, bucinus
ipse clangor canoris est.
Inter barbam et barbas quid interest? Responsio: barbam hominum,
barbas pecodum dicimus; barbas et homi-
num, ut aput Vergilium : barbas incana-
que menta reges Romani.
Inter bellum et praelium quid interest? Responsio : bellum
indicitur, praelium regitur. In bello enim
non statim praelium, in praelio autem
statim et bellum. Unde et aput antiquos
tuba proelii signum erat. Bellum bucina, item
bellum totum est ut Jugurtinum, civile,
Punicum, pugna unius diei, proelium pars
pugne, licet et pugna duorum sit uliquan-
do et sine ferribus, unde et a pugno est.
Inter balsamum et opobalsamum quid interest ?
balsamum est arbor ipsa, opobalsamum
sucus collectus ex arbore, opo sucus di-
citur, probatio autem balsami ut dicit
Plenius es quod si contra sole feratur.

Codicem descripserunt Arevalus, *Isidoriana*, IV, 96, 46 sqq., Augustus Wilmanns (*Rhein. Museum*, XXIV, 1869, p. 381 sq.),

Reifferscheid, *Bibl. Patr. lat. ital.*, I, p. 545-547, praesertim Georgius Goetz (*Corp. glossar. lat.*, IV, p. VII-VIII). Inde non pauca Angelus Mai excerpserat in *Class. auctor.* VI, p. 501-551, et « codex mirabilis litteris grandibus saeculi ferme VI » quem asserit se ab initio ad calcem expilavisse idem est ac Vat. 3321, ut probavit Gustavus Loewe (*Prodrom.*, p. 145).

De aetate scripturae assentiendum videtur Henrico Jordan (*Topogr. der Stad Rom.*, II, p. 3) octavum saeculum agnoscenti.

## TABVLA XLVI

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 1625, fol. 21 v° : Origenis *homelia in Genesim* 2-3, interprete Rufino Aquileiensi [Migne, *Patr. graec.*, XII, 174-175.]

vel pro brevitate temporis vel pro
auditorum labore non possumus.
Omnipoten(s)tis tamen Dei misericordia*m*
depraecemur qui nos non solum
auditores verbi sui faciat sed et
factores et inducat super nostras
quoque animas diluvium aquae suae
et deleat in nobis quae scit esse de-
lenda et vivificet quae scit esse vivi-
ficanda, per Ihesu*m* Chris*tum* Do*minum* nostru*m*
et per sp*iritum* suum sanctum ipsi glo-
ria in aeterna saecula saeculoru*m*, ame*n*.
FINIT HUMILIA SECUNDA
INCIPIT HUMILIA TERTIA
DE CIRCUM CISIONE
ABRA HAE.
Quoniam in multis divinae scribturae
locis De*um* legimus ad homines lo-
qui et pro hoc Judaei quidem sed et
nostrorum nonnulli De*um* quasi ho-

Scriptura ea est qua facile in errorem induci possis, cum optimae sint formae LNPT ; itaque Benedictini (*Nouv. traité*, III, 142, n. 1, etc.) sextum saeculum libenter admisissent.

At membrana rudis spissaque, pessima figura litterarum BR, denique quaternionum signa in media inferioris marginis parte, non in angulo dextro, scripta sunt. Unde probabilius fit scribam saeculi VIII imitatum esse exemplar saeculi sexti.

Aliam imaginem vide ap. comitem de Bastard, *Peintures et ornements*, tab. X.

## TABVLA XLVII

BEROLINI. Bibliothecae regiae codex lat. 83 (inter Phillippicos 1745), fol. 44 : *Concilia Galliae* [ed. Sirmond, t. I, p. 211].

AGUST.

eorum et cunctis scripturis eorum quae
extra canonem habentur ecclesiae quas fides
recta non recipit, anathema sit.

† In Chr*isti* n*omine* ego Prosper(a) hanc cartulam anathematis Manacheorum religi, et anathema(m)
dicens omnibus suprascriptis erroribus
manu propria suscripsi, et repudiatis omnibus
eorum inpietatibus fide plenissima doctrinis
eorum et traditionibus anathema(m) dixi et
dico, et me quaecumque ecclesia catholica
confitetur credere et sequi in omnibus
sub testificatione divina pulliceor atque
promitto. No*tatum* sub d*ie* XIII Kal*endas* decembr*es*
Olibrio jun*iore* v*iro* cl*arissimo* cons*ule*. Conc*ilium* Arausic*anum*.
XXVI. In Chr*isti* n*omine* inc*ipit* constitutio episcoporum
in civitate Arausica de gratia et libero arbitrio.
† Cum ad dedicationem basi[li]cae quam inlustrissimus praefectus et patricius filius n*oster* Liberius in Arausica civitate fidelissima devotione construxit

Codicem hunc fuse descripsit Valentinus Rose, *Verzeichniss der lat. Handschr.* (Berlin, Asher, 1893, 4°), p. 167-171. Eumdem esse ac « codicem ecclesiae Lugdunensis » unde multa edidit Sirmondus, probavit Maassen (Sitzungsb. d.

Wiener Akad., LVI, p. 174). Postea inter manuscriptos Collegii Parisiensis Soc. J. (n° 569) et in bibliothecam Meermannianam (n° 578) insertus; an. 1889 cum multis aliis Phillippicis a Berolinensi regia bibliotheca emptus fuit. Rudes amanuenses qui eum, saeculo verisimiliter octavo, scripserunt nonnumquam semiunciales cum uncialibus litteris miscent.

## TABVLA XLVIII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 9561, fol. 7 : Isidorus, *de ordine creaturarum*, c. 8 [Migne, LXXXIII, 932 sq.].

Propterea nec penetaeri desiderant, nec etiam si penetuissent veniam recipere || omnino possent. Humanum *autem* genus redemptionem a suo conditore accipere idcir- || co promeruit, quia de inferiore adhuc sui ordinis gradu corruit, cum adhuc in pa- || radiso terreno esset positos generandi officio distinatus ciborumque esui || deputatus in motationem meliorem sublimioremque et spiritalem vitam sine mor- || te reciperet, si quandiu in hac conversatione positus esset, in mandati cus- || todia homo permanaret. Dementia ergo conditoris ad illum statum ad quem adhuc || peccans pervenerat per passionem Domini revocatur, quem si inde cecidisset sicut angelus || numquam iterum revocaret. Quando non ad illum gradum vel ordinem unde primus homo || ceciderat sed ad illum sublimiorem quem speravit restitutio fiet, dicente Domino : || erunt sicut angeli in caelo ; scilicet quia non sicut homines in paradiso ; in illam *enim* inmor- || talitatem que generandi proli et ciborum esui deputata pro tempore *est* quamvis redempti || hominis redire non potuerunt. Sed post mortem resurgentes spiritalibus corpo-||ribus non crescendo non senescendo, non moriendo, angelicae felicitatis consortes || erunt ; tempus vero diabulice transgressionis si requiritur ante omne tem- || pus visibilium rerum diabuli peccatum fuisse origenaliter deprachenditur. || Omnia enim quae facta sunt simul et sine temporae facta fuisse scribtura do-|| cet quae dicit : qui vivit in aeternum creavit omnia semel in quibus omnibus infer- || nalis illae ignis aeternus. De quo Dominus dicit : mitte in ignem aeternum quem praepa- || ravit pater meus, diabulo et angelis *ejus* simul factus fuisse minime du-||bitatur. In eo enim quod dicit creavit. Omnia semel, nihil non simul factum in omnibus || creaturis reliquid cui ergo carcer in illa creaturarum conditione prae- || paratus est illius

peccatum originaliter ipsas creaturas *praecessit*. || Nequaquam enim adhuc innocenti poenam Dominus *praeparasset* si non illius delic- || tum *praeparatam* poenam *praecessisset*. Sed hoc etiam sine tempore fecit qui il- || lum et peccare *praescivit* et cum *ejus* peccato pariter damnationis *ejus* penam qua || servus cruciaretur effecit. Iste *autem* angelus cum a conditoris beatitu- || dine recessit omnae suae naturae bonum quod in conditione sua habuit || totum amisit. Sed si ipse malus Deo bonus semper perseverat dum oboedi- || enter dominice jussione quamvis non sponte propter potentiam tamen obtem- || perat. Ex omni enim naturae bono quod habuit hoc nunc tantummodo habet || quod Deo creatori ad cuncta oboedit imperato, sed hoc bonum non in diabu- || lo et ministris *ejus* bonum est, qui idcirco oboediunt quod non obedire non pos- || sunt. Sed haec eorum obedientia in Deo bona est cujus bonae volunta- || ti in vita diabuli mala voluntas cum bone operare *praecipitur* resis- || tere non potest sed plerumque accedit ut cum Dei bona voluntate aliquid || facere imperatur, ipsius mala voluntas in eodem opere pascatur || quemadmodum ad decipiendum Achab impissimum regem idolatram || scilicet et prophetarum persecutorem a Domino in quo deciperet interro- || garetur.

Rarissimum exemplum scripturae Hibernicae ubi, quanquam unciali adhibita, inveniuntur compendia minusculae propria, e. g. *autem*, *ejus*, *enim*, *con*. Animadvertendum signum hic usurpatum pro *prae*, quod vulgo in eo scribendi genere *per* significat. Puncta circum litteras initiales apposita Hibernicam vel Scotticam originem probant.

## TABVLA XLIX

1° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex 16 (nunc 19), fol. 14 : *Cantica Canticorum*, VIII, 7 sqq.

quasi nihil des-
picient eum.
Soror nostra parva
et ubera non
habet.
Quid faciemus
sorori nostræ
argenteos
CHRISTUS DICIT :
Vinea mea
coram me es[t
mille tui pacifici
et ducenti his
qui custodiunt

in die quando
adloquenda est ?
Si murus est aedificemus super eum
propugnacula
argentea.
Si ostium est, conpingamus illud
tabulis cedrinis.
RESPONDIT ECLESIA :
Ego murus et ubera
mea sicut turris
Ex quo facta sum
coram eo quasi
pacem repperiens.
SYNAGOGA ECLESIÆ
DICIT :
Vinea fuit pacifico
in e[a] quae habet
populos
[Desunt 3 versus]

fructus meos[1].
ECLESIA CHRISTO DICIT :
Qui habitas in h[ortis
amici auscult[ant
fac me audire
vocem tuam.
Fuge dilecte mi
et assimulare
capreae hinu[loque
cervorum su[per
montes arom[atum.

EXPLicit LIBer CANTIC[A

CANTICORVM

INCIPIT LIBE[R

[*Sapientiae Salomonis.*]

Octo folia mutila supersunt codicis Ecclesiasticum ac Cantica Canticorum minimum continentis, singulis paginis 30 versus habentibus. Tituli minio sunt scripti vel potius minium atramento superinductum est, ita ut colorem rubrum non raro aetas tulerit.

2° SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex n° 1395, pag. 389 : *Psalmus* 106, 17-27.

et suscipit eos de via iniquitatis eor[um];
propter injustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum et adpropinquaverunt usque ad portas mortis.
Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum

1. Pro voce *meos* injuria scripta corrector inseruit inter lineas *ejus* (nota tironiana).

liberavit eos. Misit verbum suum
et sanavit eos, et eripuit eos de in-
teritum eorum. Confiteantur Domino
misericordia ejus, et mirabilia
ejus filiis hominum. Et sacrific[ent]
eis sacrificium laudis, et adnun-
tient opera ejus in exultatione,
Qui discendunt mare in navibus,
facientes operationes in aquis
multis. Ipsi viderunt opera
Domini et mirabilia ejus in profundo.
Dixit et stetit spiritus procillae et
exaltate sunt fluctus ejus. As-
cindunt usque ad caelos et dis-
cindunt usque ad abyssus, anima
eorum in malis tabescibat.
Turbati sunt et moti sunt sicut
ebrius, et omnis sapientia eorum
degluttita
est.
Q[*uaternio*] XII.

Vide Gustavum Scherrer, *Verzeichniss...*, p. 462, qui tamen septimum saeculum injuria accipere videtur.

3° ROMAE. Bibliothecae patriae e Victorio Emmanuele nuncupatae codex 2109, fol. 48 v° : Hieronymus *adversus Jovinianum*, I, 27-28 [Migne, XXIII, 249].

codecibus, subr[i]etas est legenda, sed casti-
tas id est CΩΦPOCYNH. Vide igitur quomo-
do ex hoc quoque ipso testimonio supereris,
Et quod putabas esse pro nuptiis, pro virgi-
nitate sentire cogaris. Nam si salvatur
mulier in filiorum generationem et liverorum
numerus salus matrum est, cur addedit :
Si permanserint filii in fide et caritate et
sanctificationem cum castitate ? Tunc ergo
salvavitur mulier si illos genuerit filios
qui virginis permansuri sunt. Si quod ipsa
perdedit adquirat in liberis, et damnum ra-
dices et cariem, flore conpenset et pomis.

Supra in transitum ubi nobis adversarius
proposuerat Salomonem multinubum qui
templum Dei extruxit, strictimque responderam
ut per quaestionis reliquas currerem.
Nunc ne clamitet, et hunc et alios in lege
patriarcas prophetas et sanctos viros a no-
bis esse temeratos, proponam huic ipsi
qui multas uxores et concubinas habu-

Q[*uaternio*] VI.

Codicem, olim Sessorianum 128, breviter descripsit Reifferscheid, *Bibl. Patr. lat. ital.*, I, p. 146 sq.

Scriptura nobis in mentem suggerit codicem Hieronymi Pontificalisque Libri Lucensem 490, de quo cf. L. Duchesne, *Le Liber pontificalis*, I, p. CLXIV sq. et tab. III.

4° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 169 (nunc 192) fol. 35 : Augustinus, *Epistula* 54 : ad inquisitiones Januarii liber primus, III, 4 [p. 162, 17-163, 11 edit. Goldbacher in Corp. script. eccl., vol. XXXIV, Vindob. 1898].

am dirimit litem qui monet ut
praecipuae in Christi pace permane-
ant. Faciat autem unusquisque qu[od]
secundum fidem suam pie cre-
dit esse faciendum ; neuter enim
eorum exhonorat corpus et
sanguinem Domini, sed saluberri-
mum sacramentum certatim
honorare contendunt ; neque enim
litigaverunt inter se aut quisquam
eorum se alteri praeposuit Zac-
cheus et ille centurio cum alter
eorum gaudens in domum suam
susceperit Dominum, alter dixerit : non
sum dignus ut sub tectum meum
intres, ambo salvatorem honori-
ficantes diverso et quasi contra-
rio modo, ambo peccatis miseri,
ambo misericordiam consequu-

ti. Valet etiam ad hanc similitudinem quod in primo populo unicuique manna secundum prop[ri-] am voluntatem in ore sapieba[t].

Utrum octavi an septimi saeculi sit fragmentum illud difficile dictu. Fortasse tamen litterae F et R potius octavum probant.

## TABVLAE L-LI

CARNUTI. Bibliothecae civitatis cod. n° 40 (olim 2), fol. 57 : Gregorius, *Moralia in Job*, lib. XXX, 1 [Migne, LXXVI, 521 sq.].

INCiPit LIBER TRICESIMVS.
BEATVS JOB TALIA VTRVMne fecerit Domino interrogante requi[ri]tur, qualia utique facere non potest homo, ut dum se ista facere non posse deprachendit, ad eum refugiat quem solum talia quia facere possit intellegit atque ante oculos judicis sui magis potens appareat, si sua verius infirma cognuscat, quod ergo mire a Domino fiere non ignoratur, de eo divina Job voce requiretur diciturque ei : Numquid ęlevabis in nebula vocem tuam et impetus aquarum operiet te ? Vocem quippe suam in nebula Dominus levat, quando per praedicatorum suorum linguas ad caligosa corda infidelium exhortationem format eumque aquarum impetus operit, dum bene agentia membra ejus turba resistentium populorum praemit. Hinc est enim quod scriptum est, factum [est] verbum Domini ad Hyerimiam dicens : Sta in atrio domus Domini, et loqueris ad omnes civitatis Juda de quibus veniunt ut adorent in domo Domini universus sermones quos ego mandavi tibi, et paulo post : et audierunt sacerdotes profeta(e) et omnes populus Hyerimiam loquentem verba haec in domo Domini. Cumque conplessit Hyerimias loquens adpraehenderunt [eum] sacerdotes et profetae et omnes populus dicens : morte moriatur. Quare profetavit in nomine Domini ? Ecce in nebu-

la Dominus vocem levavit quia obscuras mentes superbientium directo profeta corripuit, ecce aquarum impetus eum protinus operuit, quia ab insurgentibus populis et causa sua correptionis instigatis. Ipse in Hyerimiam cuncta pertulit qui correptionis verba mandavit per semet ipso quoque Dominus in nebula vocem levavit quando

LIBer Sancti BENeDicti FLORiacensis.

Ejusdem codicis fol. 40 v° : Gregorius, *Moralia in Job*, XXVIII, 17 [Migne, LXXVI, 470].

non intellecti superni judicii constringuntur, ne(c) tantum persequi valeant quantum volunt pannis infantiae referuntur obvoluti, quia sicut dictum est puerilia quidem sapiunt, sed divina dispensatione constricti quo volunt brachia non extendunt. Et si cuncta mala perpetrare leviter appetunt, nequaquam tamen implere cuncta quae appetunt permittuntur. Sequitur : « Circumdedi illud terminis meis ». Terminis suis Dominus mare circumdat, quia iras persequentium judiciorum suorum dispensatione modeficat, ut insani tumidi unda fervores plano frangatur litore occulte dispensationis. Sequitur : « Et posui vectem et ostia et dixi : Hucusque venies et non procedes amplius. Et hic confringes (tes) tumentes fluctus tuos ». Quid per ostia nisi praedicatores sancti ? quid per vectem nisi incarnatus Dominus designatur ? Quia haec videlicet ostia contra saevientes mares impetum tantum valentiora obposuit, quanto ea sua observatione roboravit. Quia enim ista sanctæ ecclesiae ostia vectes hujus obpositione solitata sunt. Posuerunt quidem undi vectibus ; Sed effringi nequi(e)verunt, ut ea exterius unda persecutionis inluerit, sed nequaquam cordis eorum interna penetraret. Et quia doctores sancti praedicatione quidem sequentibus aperti sunt, auctoritatem autem sua resistentibus non inmerito ostia vocantur, id est aperta conversatione humilium et clausam terroribus soperborum non inmerito ostia vocantur. Quia et ingressum fidelibus aperiunt et rursum sese perfides ne ingrediantur obponunt. Pensemus quale ecclesiae ostium extetit Petrus qui investigantem fidem Cornilium recepit, praetio quaerentem miracula Symonem reppulit, illi dicens : In veritate conperi quoniam non est personarum acceptor Deus,

secreta regni benigne aperit. Huic inquens : pecunia tua
tecum sit in perditione, per districtæ damnationis sen-
tentiam caelestis aulae aditum claudit? Qui cuncti aposto-
li nisi *sanctae* ecclesiae ostia exsistunt, Cum vocem redempto-
ris sui audiunt

Q[*uaternio*] V.

Codex olim sancti Benedicti Floriacensis, deinde sancti Petri Carnotensis, a tribus scribis exaratus est, quoque seriem numerorum quaternionibus suis apponente. Primus enim I-IX, secundus iterum I-VIII, tertius I-VII absolvit signavitque quaterniones. Scripturam primi tabula LI, secundi tab. L repraesentat. Ambo exempla generis saeculo octavo usurpati in Floriacensi coenobio praebent.

Uterque scriba litteras *e* et *i* perperam confundit; qui tabulae LI textum exaravit miro punctum interrogans modo significavit.

## TABVLA LII

Oxonii. Bibliothecae Bodleianae cod. Laudii Miscel. 126, fol. 2 : Augustinus, *Epistula* 174 [ed. Gaume, II, 921].

DOMINO BEATIS-
SIMO ET SINCERISSIMA CARI-
tate venerando *sancto* fratri et consacerdoti
papae Aurelio Augustinus in Do*m*ino salutem. De trini-
tate quae De*us* su*m*mus et verus est libros juvenis incoavi, senex
edidi. Omiseram quippe hoc opus postea quam co*m*peri praerep-
tos mihi esse sive subreptos ante quam eos absolverem et
retractatos ut mea dispositio fuerat expolirem. Non enim
singillatim sed omnes simul edere ea ratione decreveram
quoniam praecedentibus consequentes inquisitione pro-
ficiente nectuntur. Cum ergo per eos homines qui prius
quam vellem ad quosdam illorum pervenire potuerunt,
dispositione mea nequivisset impleri, interruptam dicta-
tionem reliqueram, cogitans hoc ipsum in aliquibus scrip-
tis meis conqueri ut scirent qui possent non a me fuisse

eosdem libros editos, sed ablatos priusquam mihi editione mea digni viderentur; verum multorum fratrum vehementissima postulatione et maxime tua jussione compulsus opus tam laboriosum, adjuvante Domino, terminare curavi eosque emendatos non ut volui sed ut potui. Ne ab illis qui subrepti jam in manus hominum exierant, plurimum discreparent, venerationi tuae per filium nostrum condiaconum carissimum misi et cuicumque audiendos legendos scribendos permisit. In quibus si servari mea dispositio potuisset, essent profecto et si easdem sententias habentes multo tamen enodatiores atque planiores quantum rerum tantarum explicandarum difficultas

Codex priscam inscriptionem praebet: « Liber sancti Kyliani in Wirceburg ». Herbipolitana originem probat etiam nota folii 1 v° saeculo nono apposita[1].

Partim uncialibus, partim semiuncialibus scriptus est saeculo, ut mihi videtur, octavo, cum quaterniones in medio margine ultimae paginae signati sint. Initiales litterae rubro viridi necnon flavo colore depictae Merovingicum adhuc gustum indicant.

## TABVLA LIII

ROMAE. Bibliothecae publicae e Victore Emmanuele nuncupatae codex 2106, fol. 67 v° : Augustini *Speculum*, cap. 32-33 [ed. Weihrich, Corp. scr. eccl., t. XII, p. 452, 6-454, 7].

disciplinam defecit fides de ore ipsorum.
Item in Amos *profeta* : hodio habuerunt arguentem in portis et verbum *a*equissimum
abominati sunt. Item Job : Beatus homo
quem arguet Dominus quia correptio omnipotentis Dei salus est. Item in Ezechiel *profeta* : Domus Is(t)rahel nolunt audire te quia no-

1. « Si mors, quod absit, inopinata super familiarem amicum nostrum ingruerit, adjuro per Dominum omnipotentem illum in cujus liber iste de sancta Trinitate beati Augustini pervenerit manus, faciat eum sancto Kiliano restitui ».

lunt audire me, quia universa domus
Is(t)rahel contentiosi sunt et duro corde.
Item apostolus ad Galatas : Sic stulti es-
tis ? cum spiritu coeperitis, nunc carne
perficemini. Item ad Tessalonicenses I :
Corripite inquietos, consolamini pu-
sillianimes, suscipite infirmos, pati-
entes estote ad omnes. Item ad Timotheum
I : Insta oportune, inportunos argue, exor-
tare, increpa, in omni patientia et doctrina.
XXXIII. De praevaricatoribus.
In psalmo C : facientes praevaricationes odi-
vi, non adhesit mihi cor pravum. Item in Pro-
verbiis : Sicut canis cum convertitur ad vo-
mitum suum odibilis efficitur, sic stultus
malitia sua conversus in peccatis suis.
Item in Ecclesiastico : Initium superbiae hominis
apostatare a Deo, quoniam initium peccati om-
nis superbia. Item illic : In duobus timuit
cor meum et in tertio iracundia mihi ad-
venit, vir bellator deficiens per ino-
piam, vir sensutus contemptus et qui

[*Quaternio*] VIIII.

Codex olim Sessorianus 58 a duobus amanuensibus exaratus est, quorum prior quaterniones I-XV numeris in media parte imi marginis appositis signavit, alter quaterniones sequentes litteris A, B... O, etc. Prior autem, cum videret opus suum foliis concessis non absolvi posse (fol. 112 v°), unciali relicta, ad minusculam recurrit ut munere suo tamen fungeretur. Quae minuscula octavi saeculi finem indicat.

De eo egerunt Angelus Mai cum Speculum Augustini ederet (Patrum nova bibl., I, 2, 1 sqq.), Reifferscheid, *Bibl. patrum Italica*, I, 129-130 ; Weihrich, edit. supradictae pag. XXXIV sq.

## TABVLA LIV

)MAE. Bibliothecae publicae e Victorio Emmanuele nun-
tae codex 1372, fol. 90 v° : Gregorius, *Homeliae in euan-*
, I, 19, 4 [Migne, LXXVI, 1156 C-D].

accipiunt qui
post longa in-
ferni tempo-
ra ad gaudia
regni pervene-
runt.
Nos autem qui
ad undecimam
venimus post
laborem non
murmuramus
et denarium
accipimus.
Qui post medi-
atoris adven-
tum in hoc
mundo veni-
entes ad re-
gnum duci-
mur mox ut
de corpore
eximus.
Et illud sine mo-
ra percipimus
quod antiqui
patres cum
magna percipere
dilatione me-
ruerunt, un-
de et isdem pa-
terfamilias
dicit : Volo et
uhic novissi-
mo dare sicut
et tibi.
Et quia ipsa re-
gni perceptio
ejus bonitas
volumptatis est,
Recte subjun-
git : Aut non
licet mihi quod
volo facere ?
Stulta enim
questio homi-
nis contra be-
nignitatem Dei
conquerendum
quippe esset.
Non si daret quod
non deberet
sed si non daret

Q[*uaternio*] XVII.

aternio unicus servatus in cod. miscellaneo, olim Sesso-
) 39, descriptus a Reifferscheid, op. cit., I, 143 sqq.
ıa litterarum et locus signi quaternioni appositi octavum
ılum probant.

## TABVLA LV

EINSIDLAE sive Nostrae Dominae Eremitarum in Helvetia. Bibliothecae Benedictinorum codex 157, pag. 213-214 : Gregorii *Homeliae in Ezechiel* lib. I, hom. 10 [Migne, LXXVI, 888 B-889 B].

(*Scriptura minuscula*)

et viscera tua replebuntur, quia cum mens
nostra pabolum veritatis acceperit, interna
nostra non jam vacua remanent, sed ale-
mento vitae sanata. Pensemus, fratres karissimi mei
quam sit pia ista promissio qua dicitur :
« venter tuus comedet et viscera tua reple-
buntur volumine isto quod ego do tibi ».
Multi etenim legunt et ab ipsa lectione jejuni
sunt, multi vocem predicationis audiunt,
sed post vocem vacui recedunt, quorum etsi ven-
ter comedet, viscera non replentur, quia
etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt, obli-
viscendo et non servando quae audierint (in eorum)
haec in cordis visceribus non reponunt. Hinc est
enim quod per prophetam alium quosdam Dominus in-
crepat dicens : « ponite corda vestra super
CVIIII. vias vestras. Seminastis multum et intulis-
tis parum, comedistis et non estis satiati, bibis-
tis et non estis (satiati) inebriati. Multum
cordi suo seminat sed parum fert qui de man-
datis celestibus vel legendo vel etiam audien-
do multa cognoscit sed negligenter ope-
rando pauca fructificat. Comedet[1] et non
satiatur qui verba Dei audiens lucra vel
gloriam saeculi concupiscit. Bene autem non sa-
tiare dicitur quia aliud mandet et aliud
esurit. Bibit et non inebriatur qui ad vocem
praedicationis aurem inclinat, sed mentem
non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium
sensus mutare; qui ergo ad cognoscendum
Dei verbum devotus est, sed ea quae sunt hujus saeculi

1. Corr. *Comedit.*

(*Scriptura uncialis*)

adipisci desiderat, bibit et debri-
atus [n*on*] e*st*, si enim debriatus essit[1]
mentem procul dubio mutas-
sit[2] ut jam terrena non qu*a*ere-
ret jam vana et t(r)ranseturia[3]
qu*a*e amaverat non amaret;
de electis namque p*er* psalmis-
tam dicitur : Inebriabuntur CX
ab ubertate domus tu*a*e, quia
tanto omnipotentis D*e*i amo-
re repleti sunt ut mutate[4] men-
te sibimet ipsis extranei es-
se videantur imple[n]tis quod
scriptum est : qui vult post
me venire abnegit[5] semetip-
sum, semetipsum abnegat
qui mutatur ad meliora, et in-
cipit esse quod non erat et
desinit esse quod erat; sepe
au*tem* quosdam videmus ad voce*m*
predicationis quasi ex conver-
sione cu*m*punctus[6] habitum
non animum mutasse, ita ut
relegiosam[7] vestem sumere-
nt sed anteacta vicia non cal-
carent ir*a*e stimulis inmani-
ter agitari malitiae dolore in
proximi(s) lesione ferviscere[8];
de ostensis quibusdam bo-
nis ante humanis oculis sup*er*-
biri, presentes[9] mundi lucra

1. Corr. *esset.*
2. Corr. *mutasset.*
3 Corr. *transitoria.*
4. Corr. *mutata.*
5. Corr. *abneget.*
6. Corr. *compunctos.*
7. Corr. *religiosam.*
8. Corr. *fervescere.*
9. Corr. *presentis.*

Pagina 214 elegante unciali scripta[1] est in codice minusculis characteribus referto; unde utrique scribendi generi eadem omnino aetas, id est finis octavi saeculi, nisi principium noni magis tibi arrideat. Vide descriptionem a Gabriele Meier factam (*Catalogus codicum mss. qui in bibliotheca monasterii Einsidlensis servantur*, Einsidlae, 1899, p. 128).

## TABVLA LVI

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 13047, fol. 112 v°: Pseudo-Cypriani Carmen *de resurrectione mortuorum*[2] [p. 324 ed. Hartel inter opera spuria. Corp. scr. eccl. vol. III, Vindob. 1871].

Et ideo du[m] vita manet, dum carpere lucem
Dum paeniteri licet priusquam terminus evi
Occupit incautos et nescia lumina solvat,
Ultimus ille dies morti qui lege tenetur.
Quod primum superest, care vigilate salutem
Et facile eritque bonum deflectite cursum
Post erata suis et praessa piacula sacris
Postque vaga nimium quos vexare procellas
Rectas adite vias et flammina recta tenete.
Hinc laeta prius animis repellite crimen
Et concreta diu proluatur pectore culpa,
Tunc omissa mali mites abolete nefandas.
Aeternisque Dominum praecibus placate tremendum.
Pessima cuncta bonis cedant mortalia vivis
Quod servare novam jamjam sine crimine vitam,
Et servate pias veroque in nomine mentes,
Ac veniam primis supplicis rogate delictis.
Jamjam pura piis maturescant corda colonis
Innocuasque manus praecibus attollite justis
Laudibus, et faciles divinis reddite voces,
Incipiantque bonis verisque adsuescere mentes
Divinaeque magis celebrentur munera legis,
Et memorate bona simulque invadite facta.

1. Sicut et pars paginae 214.
2. Olim editum sub nomine Tertulliani, de judicio Domini.

Sordita nitescant olim conmissa malorum
Et meliora piis flagrabunt omnia vobis,
Horrendisque simul liberatur vita periclis
Adque aeterna suis veniet ad praemia votis. EXPLICit.

[*Quaternio*] XIIII

Is codex olim Corbeiensis, postea Sancti Germani a Pratis (n° 675, deinde 841), carminibus Christianis refertus, exemplum praebet, ut Einsidlensis, codicis minuscula scriptura fere absoluti cum quibusdam paginis uncialiter exaratis (fol. 1 v°; 105-112 not. XIIII; 113-115); fol. 115 partim minusculam, partim uncialem praebet. Totus liber circa an. 800 perfectus esse videtur.

De eo egerunt Hartel, ed. cit. p. XXII, H. Omont, *Rev. de Philologie*, IV, 1880, p. 67-68.

Notis tironianis in marginibus abundat (fol. 45 v°, 46, 46 v°, 48 v°, 50 v°, 51 etc.) inter quas notandum in margine imo notam *requisitum est* pluries (fol. 130 v°, 138 v°, 143, 146 v°) appositam, quae contraria vulgato « requirendum » eodem sensu adhiberi videtur atque « recognovi » vel « contuli ».

## TABVLA LVII

BERNAE. Bibliothecae civitatis codex F 219, fol. 1 v° : Oribasius ex versione latina, lib. V, cap. 1-4 [ed. A. Molinier, p. 96-97 in *Œuvres d'Oribase*, p. p. Bussemaker et Daremberg, t. VI].

I. EA QUAE SUNT SIGNA BONA SI IN INITIO AEGRITUDINIS FIANT MALA SUNT. GALIENUS : Signa quae sunt bona si in determinatione febrium in initio aegritudinis appareant mala sunt judicanda. Digestio aegritudinis non fit quando mox in initio quae bona sunt signa apparent, hutiles autem esse signa existimanda sunt quae neque in initio aegritudinis neque in augmentum sed in statu jam declinante apparent signa esse bona existimanda.

II. QUOMODO BONA DETERMINATIO FEBRIUM COGNOSCENDA EST. GALENUS : Siquidem quando febris determinationem factura est qui aegrotat ab omnibus liber inbenitur simptomatibus et color in eo bonus apparit secundum evacuationis rationem et pulsus melior et fortior invenitur, haec est bona determinatio. Quod si eorum minuatur virtus in tantum inutilis est determinatio in quantum deicitur virtus.

III. QUOMODO FUTURA DETERMINATIO COGNOSCENDA EST IN FEBRIBUS. GALIENUS : Quando igitur increscunt et antecedunt accessiones et semper plus a ratione per singulos dies accedunt et oras et fortiores fiunt et quamplurime in diatrion venientes celere aegritudinem determinare significat. Si autem pigre movetur et ipsa ora accedit quemadmodum per singulos dies accedere solet post multum tempus fieri determinationem significat, si autem rigores habeat nimios his qui febrit non fit solutio antequam mitigetur rigor, hoc autem non cessante inpossibile est ut statum faciat aegritudo de qua re magis neque declinationem oportit sperare.

IIII. DE URINIS IN FÉBRIBUS. GALIENUS : Urina optima est quae sanis hominibus similis apparit id est subrovea.

*In margine* : Nota Vrinam.

In hoc Bernensi codice supersunt 18 folia, scilicet reliquiae quaternionum XIX, XX, XXI ejus voluminis quod in Bibliotheca patria Parisiensi sub nota Lat. 10233 conservatur. Imaginem vide ap. Molinier, *op. cit.* Cf. etiam H. HAGEN, *De Oribasii versione latina Bernensi commentatio*, Bernae, 1875.

Forma varia litterarum AMT librum exeunte octavo saeculo scriptum probare videtur.

## TABVLA LVIII

PARISIIS. Bibliothecae patriae codex Nov. acq. lat. 1586, fol. 160 v° : *Prophetia Ezechielis,* XVII, 19- XVIII, 3.

Et foedus quod praevaricatus est ponam in caput ejus.
Et expandam super eum rete meum.
Et conpraehenditur[1] sagyna mea.
Et adducam eum in Babyllonem et judicabo illum[2] ibi
In praevaricatione qua dispexit me.
Et omnes profugi ejus cum universo agmine gladio cadent;
Residui autem in omnem ventum dispergentur.
Et scietis quia ego Dominus locutus sum.
Haec dicit Dominus Deus :
Et sumam ego de medulla cedri sublimis
Et ponam, de vertice ramorum ejus
Tenerum destringam, et plantabo super montem excelsum et eminentem
In monte sublimi Israel plantabo illud,
Et erumpet in germen et faciet fructum et erit in cedrum magnam.
Et habitabunt sub ea omnes volucres.
Universum volatile sub umbra frondium ejus nidificant.
Et scient omnia ligna regionis quia ego Dominus
Humiliavi lignum sublime,
Et exaltavi lignum humile,
Et siccavi lignum viride,
Et frondere feci lignum aridum.
Ego Dominus locutus sum et feci.
Et factus est sermo Domini ad me dicens :
Quid est quod inter vos parabulam vertitis in proverbium istud in terra Israel dicentes :
Patres comederunt uvam acervam et dentes filiorum obstipuerunt?
Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit vobis ultra

1. Corr. *conpraehendetur.*
2. Corr. *eum.*

Inter columnas vers. 27 apparet signum quod in margine superiore duplicatur cum verbis tachygraphia syllabica expressis : *Pa-tres co-me-de-runt u-vam a-cer-bam.* Cf. nostram *Introduction à la lecture des notes tironiennes* (1900), p. 165.

Codex ille, Prophetas magnos continens, olim in coenobio Majoris Monasterii prope Turonos (sub nota SS 1) servabatur. Tunc Benedictini (*Nouv. traité*, t. III, pl. XLIV, XLVIII, p. 176 et 25) nonnullos ejus versus incisioni mandaverunt, saeculo septimo eumdem scriptum fuisse temere reputantes. Post iter Gallicum Gulielmi Libri codex e bibliotheca publica Turonensi evanuit, deinde in collectione Ashburnhamiana repertus, a bibliotheca patria nostra an. 1888 redemptus est. Cf. L. Delisle, *Notice sur les manuscrits disparus de la bibliothèque de Tours*, p. 14-17 (*Not. et extr.*, t. XXXI, I, 1883), et *Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois*, p. 5-7 et pl. IV, 5.

Scriptura uncialis quae Carolingicum aevum redolet non raro scripturae cursoriae locum cedit, quando scriba timuit ne spatio vexaretur ; specimen vide ap. Delisle, tabula cit. Itaque ad priorem saeculi noni partem codex referendus. Animadvertenda levis forma litterae T in ligatura NT.

## TABVLA LIX

CARNUTI. Bibliothecae civitatis codex n° 52 (olim 78), fol. B v° : Euangelium secundum *Johannem* X, 39-XI, 8 :

de manib*us* eorum.
Et abiit iterum trans
Jordanen in eum
locum ubi erat
Johannis baptizans
primum et man-
sit illic.
Et multi venerunt
ad eum, et dice-
bant : Quia Johannis

Miserunt ergo
sorores ejus ad
eum dicentes :
Dom*i*ne ecce quem
amas infirmatur.
Audiens autem Jhes*us*
dixit eis :
Infirmitas haec
non est ad mort*em*
sed pro gloria Dei

quidam signum
fecit nullum.
Omnia autem quaecum-
que dixit Johannis
de hoc vera erant
et multi credide-
runt in eum.
Erat autem quidam
languens Lazarus
a Bethania de cas-
tello Mariae et
Marthae sororis
ejus.
Maria autem erat
quae unxit Domino un-
guento.
Et extersit pedes
ejus capillis suis,
cujus frater La-
zarus infirmabatur
Ut glorificetur
filius Dei per eum.
Diligebat autem
Jhesus Martham
et sororem ejus
Mariam et Laza-
rum.
Ut ergo audivit
quia infirmabatur,
Tunc quidem man-
sit in eodem loco
duobus diebus
Deinde post haec
dicit discipulis
suis.
Eamus in Judaeam
iterum ; dicunt ei
discipuli :
Rabbi nunc quae-
rebant te lapidare

Fragmentum quattuor foliorum tegumento libri agglutinatum. Deformis litterarum forma octavum saeculum manifestat.

## TABVLA LX

AUGUSTODUNI in Burgundia. Seminarii magni codex n° 4, fol. 128 : Euangelium secundum *Marcum* XIII, 12-22.

MAR[*cum*]

afficient eos ; et
eritis odio om-
nibus propter no-
men meum. Qui au-
tem sustinuerit
usque in finem hic
salvus erit. VI
Cum autem videritis
abominationem
desolationis s-
tantem ubi non
vestimentum suum
II Vae autem preg-
nantibus et nutri-
entibus in illis diebus.
VI Orate vero ut hie-
mae non fiant. II
Erunt enim in diebus
illis tribulationes
tales quales non
fuerunt ab inicio
creature quam con-

debet qui legit
intellegat. II
Tunc qui in Judea
sunt fugiant in mon-
tes, et qui super
tectum non des-
cendat in domum
nec introeat ut
tollat aliquid II
de domo sua. Et
qui in agro erit
non revertatur
retro tollere VI

didit Deus usque nunc,
neque fient. VI
Et nisi breviassit[1]
Dominus dies, non fuis-
set salva omnis
caro. Sed propter
electos quos ele-
git breviabit[2] dies.
Et si quis tunc vo-
bis dixerit : ecce
hic est Christus, ecce
illic, ne credideritis.
Exsurgent enim

Codex euangeliorum cujus quattuordecim folia a Gulielmo Libri ablata nunc in Parisino Nov. acq. lat. 1588 inveniuntur. (cf. L. Delisle, *Cat. des mss. du fonds Libri,* p. 11 et pl. IV, 6); Chatelain, *Journal des Savants*, 1898, p. 380; Leop. Delisle, *Les vols de Libri au séminaire d'Autun* (Bibl. de l'École des Chartes, LIX, p. 380-82, vel separatim ed. p. 4-6), qui originem hibernicam vel anglo-saxonicam huic suspicatur. Inscriptio folio 115 apposita

L E SI PTI AF I ICNI
IB R c̄ ER LVNAESS

intellegenda est : *liber sancti Petri Flaviniacensis*, id est coenobii in dioecesi Augustodunensi sexto saeculo conditi.

Numeri canonum et concordantiae in marginibus leguntur.

Quaedam folia minusculam scripturam praebent; duas paginas alteram unciali alteram minuscula exaratas phototypice redditas addidit L. Delisle libello supradicto separatim edito.

Circa finem octavi vel principium noni saeculi liber scriptus videtur. Quo modo ligentur NT animadvertendum est.

1. Corr. *breviasset.*
2. Corr. *breviavit.*

AEMILIVS CHATELAIN

# VNCIALIS SCRIPTVRA

## CODICVM LATINORVM

## NOVIS EXEMPLIS ILLVSTRATA

EXPLANATIO TABVLARVM

PARS ALTERA

PARISIIS

APVD H. WELTER, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA BERNARD-PALISSY, 4

M DCCCC II

# SEMIUNCIALIS SCRIPTURA

Bates
Chan[illegible]
1-7-24
3757

## QUINTUM POST CHRISTUM NATUM SAECULUM

Quinto saeculo eos codices tribuere licet qui propter formam litterarum et summam simplicitatem ductuum antiquiores videntur quam codex Hilarii in Basilica S. Petri Romae[1] vel codex Sulpicii Severi in Capitulo Veronensi[2] servatus.

Quinti saeculi ea esse propria signa existimo : *a* reliquis litteris paulo minor vel oblique posita, *e* satis magna figuram servans uncialem, *b, d, h, l* hasta pura, *p, q* cauda pura exaratae, *n* priore crure paulo longior quam altero ; venter litterae *q* saepe latiore quam altiore circulo formatus, denique *li* et *ci* non raro ita ligantur ut *i* infra versum descendat. Quaternionum pagina ultima in angulo dextro imi marginis numerum vel litteram alphabeti praebet.

### TABVLA LXI

AUGUSTODUNI in Burgundia. Seminarii magni codex n° 24, fol. 109 r° et 108 v° : *Interpretatio Gai institutionum*, lib. II,

1. Anno 509 vel 510 correctus. Imagines vide ap. Zangemeister et Wattenbach *Exempla*, tab. 52 ; *Palaeogr. Society*, ser. 1ª, tab. 136.

2. Anno 517 scriptus. Specimina confer ap. Zangemeister et Wattenbach, tab. 32; *Monumenta pal. sacra*, tab. 4 ; Monaci, *Archivio pal. italiano*, I, tab. 93-95.

§ 29-52 [p. XLIX, 5-LII, 6 editionis quartae Gai a Paulo Krueger curatae, Berolini ap. Weidmannos, 1899].

Fol. 109 r°.

(Vers. 1) [hereditas] non sit quod fuerat, meruit speciale rescribtum ut recede- (2) ret a]b hereditate. Ita dixit : « ignorans cum lateret aes alienum (3) adii] hereditatem, postea emersit grande debitum, apparuit damnosa (4) hereditas ;] ergo a te peto ut liceat mihi discedere. » Concessit ei imperator. Hoc ergo (5) rescr]ipto hodieque si tali re procedis, possumus dare consilium ut (6) suppl]icetur. Nam facile impetrantur ab imperatore [e]a q[uae] jam ab (7) aliis] impetra[n]tur, quod aliut est novum beneficium petere, aliut est id pe- (8) tere cuj]us extant exempla. Nam per gratiam factum est ut si major (9) sit qui] licet per ignorantiam omnimodo heres fit, ei discedere ab hereditate (10)... ..]cum habet, propter quod exemplo ejus etiam alii possunt in integrum restitui a praetore ; ergo ubi (11) is mi]nor est qui adiit vel qui se miscuit, per praetorem vel per praesidem provinciae potest (12) in integrum] restitui ; sed qui major est sine beneficio principali non poterit heres (13) esse, neque] auxilium exorari ei heredi, secundum ea quae tractavimus (14) poterit ;]nam qui habent potestatem quamdiu volunt tamdiu protrahunt (15) adition]em hereditatis. Et quid interea facient creditores ? quid illo tempore (16) fiet] interea de sacris, quorum magna erat observatio ? ideo qui testamenta fa- (17) cientes] scribunt extraneos heredes, dant eis certum tempus (?) (18) ad adeundam] hereditatem, quod est tale : « Titius heres esto, cernitoque in die- (19) bus cen]tum. Si non creverit, exheres esto. » Ista dicitur cretio propter quod (20) tempus ] datur ad deliberandum, hoc est ad decernendum ; ideo (21) cretio dic]itur quia ad hoc accipitur tempus, ut apud se deliberet et decernat (22) an adeun]da sit hereditas. Ergo ubi datur cretio, aut adit intra tempus et verba dicit. (23) cretionis, aut si non dixerit verba cretionis intra tempus, excluditur. Quae autem sunt (24) verba cre]tionis ? Si dicit : « Quod ille Gaius me scribsit heredem, adeo cer- (25) noque heredi]tatem. » Nisi haec verba dixerit intra tempus quod praefinivit tes- (26) tator ex]cluditur, etiam si pro herede gesserit, etiamsi teneat res hereditarias ; (27) quare nisi ver]ba dixerit intra dies praestitutos, heres esse non poterit ; et scire (28) debes, quan]tum vult testator, tempus dat ad cretionem et (29) quanquam pleri]que testatores centum dies dant, potest quidem et brevius (30) tempus dare ;] potest dicere : « Cernito in diebus X, cernito in diebus XX » ; potest et (31) longius] constituere : « Cernito et in biennio, cernito in anno, » (32) sed vulgo] datum tempus et consuetum est centum diebus. Dicit ergo (33) heres

ha]ec verba : « Adeo cernoque hereditatem. » Nihil quaeritur nisi dictione

Fol. 108 v°.

(Vers. 1) verborum. Ergo intra tempus ubi dicat, non interest ut tamen probetur. Interim, si ea te[cte gene- (2) ratim dicat, unde potest probare quod verba cretionis dixerit? D[ebet (3) ergo adhibere amicos quibus praesentibus haec verba dicat. Quod si sin[e cretio- (4) ne scriptus fuit, haec verba cretionis dicere non cogetur, sed p[otest pro (5) herede gerendo adquirere hereditatem. Quid est pro herede gerere? anim[um (6) habere capiendae hereditatis. Ergo si aut rem teneat aut praesentibus [amicis (7) dicat velle se heredem esse, satisfacit additioni hereditatis. Nam duobus [mo- (8) dis ab extraneis heredibus aditur hereditas : aut cretione aut pro herede gere[ndo; (9) cretione, ut verba dicantur; pro herede, ut ostendat se animum [ha- (10) bere capiendae hereditatis. Sed heres is qui cum cretione scriptus est heres, n[isi verba (11) cretionis dixerit, heres esse non poterit. Qui autem sine cretione scrib[tus est (12) vel cernendo vel pro herede gerendo potest adquirere hereditatem. Ex hoc [ista (13) nascitur differentia : Qui sine cretione scribtus est heres potest medio t[empore (14) repudiare hereditatem, et si semel repudiaverit penitentia [actus (15) redire ad hereditatem non poterit. Quid est repudiare? nolle ca[pere (16) hereditatem ; contraria distinatio, repudiare. Quomodo distinatio cap[ien- (17) dae hereditatis adquirit, sic distinatio contraria (hoc est voluntas non cap[ien- (18) di) tollit hereditatem. Qui sine cretione scribtus est, si vellit heres esse, est heres, et [si no- (19) lit heres esse, perdit hereditatem. Nam quod nudo animo adquiritur, nudo an[imo (20) amitti potest. Ubi autem cum cretione scriptus est heres, non aliter excluditur [quam si (21) tempus transiverit cretionis quod a testatore praefinitum est. Sicut enim [ad- (22) quirere hereditatem non potest qui cum cretione scriptus est, nisi verba dixe[rit (23) cretionis intra tempus, ita non aliter excluditur nisi exierit dies cretio[nis. (24) Ergo si medio tempore dixerit se nolle esse heredem, nihil ei praejudicar[i potest, nam (25) repudiare hereditatem non potest, quae cum cretione deferatur, si adhuc [su- (26) perest tempus cretionis, potest verba dicere et adquirere hereditatem ; ubi autem [sine (27) cretione scriptus est, si semel repudiaverit, postea per penitenti[am (28) redire non poterit. Hoc etiam circa eos servatur qui ab intestato [vo- (29) cantur ad hereditatem. Qui ab intestato voca(n)tur, sicut cer[nen- (30) do aut pro herede gerendo fit heres, ita et contraria distinatione potest am[itte- (31) re hereditatem. Ubi cretionem accepit heres scribtus, non diu potest t[ra- (32) here aditionem ; nam aut cogitur intra tempus adire aut excluditur s[i non (33) adierit. Qui sine cretione scribtus est tamdiu potest deliberare quamd[iu

De hoc Cassiani codice maximam partam palimpsesto, cujus sedecim paginae incognitam hucusque interpretationem Gai mihi praebuerunt, vide *Journal des Savants*, 1898, p. 378 ; *Revue de Philologie*, 1899, p. 169; *Bibliothèque de l'École des Chartes*, LIX, 1898, p. 383 sqq. In plerisque foliis obiter memorare sufficiat fragmenta Plinii Historiae Naturalis non parva sepulta esse; de quo cf. *Journal des Savants*, 1900, p. 44 ; *Revue de Philologie*, 1901, p. 109.

Scriptura semiuncialis vel minuscula Romana quam Interpretatio Gai praebet antiquissima est et tanquam unicum documentum consideranda. Compendia fere eadem quae in Veronensi Gai codice, insigni uncialis scripturae monumento, inveniuntur, id est ea quibus jurisconsulti soli utebantur et quorum laterculi nonnulli in Notis juris a Theodoro Mommsen (vid. Grammatici latini, ed. Keil, t. IV, 267-352) editi sunt.

Aetas scripturae talis certis argumentis definiri nequit, at antiquior reputanda est quam ea quae in codicibus sexti saeculi incipientis apparet; itaque circa idem tempus quo Veronensis Gai codex, id est quinto saeculo probabiliter assignanda.

## TABVLA LXII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 8907, fol. 301 : Maximinus *Contra Ambrosium* [ed. Friedr. Kauffmann, Texte und Untersuch. zur altgerm. Religionsgeschichte, I; Strassburg, 1899, p. 9 et 69].

nisi per alterum missum ad alterum mittentem posse accessum inveniri si- || cut apostolus dicit, quoniam per ipsum accessum habemus ambo in uno spiritu || ad patrem. Sequitur in ipsis gestis : Savinus episcopus dixit : Tu petisti ut responde- || remus hodiae ex voluntate tua et urguente te convenimus et non expec- || tabimus reliquos fratres qui poterant venire, proinde non tibi est liberum || evagari. Christum || dicis esse craea- || tum aut sempi- || ternum dicis es- || se filium Dei. || Maximinus episcopus || disserens dixit: Appa- || ret versutia in- || terrogantis, qui || sic vult filium sem- || piternum dici ut || incraeatus esse || dicatur, non res- || piciens ad sua || dicta in quibus ait: || Christum dicis esse crae- || atum aut sempi- || ternum dicis esse

|| filium Dei? cum uti- || que Chr*istus* vocabu- || lum non nisi unc- || torem requirat || adaeque et filius || patrem habere || demonstret; || utique si filius e || principio non *exi*- || ret, de cujus principio arguens euangelista Judeos qui ad solam carnis || respiciebant nativitatem ait : in principio erat verbum, prout di- || cat : in principio omnis craeaturae jam erat? ipse est sane princi- || pium qui erat in quo *Deus* fecit caelum et terram qui et interrogatus a Judeis : || quid dicis de te ipso? respondit : principium quod et loquor vobis, || quod Paulus interpretans dicit quia in Chr*isto* craeata sunt omni a quae || sunt in caelis et quae in terris visibilia et invisibilia.

Ejusdem codicis fol. 342 v° [ed. Kauffmann, p. 44 et 85] :

a catecumeno fideles a car... || ti Cristi ministro famulos Cristi ab emulo eodemque prabo litigatore, legiti- || mos actores justumque habentes negotium judicari non posse; quippe cum luce || aperta cunctis notum sit quod inter disceptantes cognitio non e diverso alter- || cantis sed arbitrii auditoris judicium flagitet. Denique dic sanctissime || quod flagitium in conversatione quem lapsum in sermone, quod piaculum || in fidei professio- || ne vidisti, in quo || potuisti secund*um* || scribturas eos co*n*- || vincere ut cum || concilia soleant || plurimis diebus || protrahi ut per || adsiduum moni- || tum interveni- || ente correctio- || ne nullus a(b) spi- || ritali conventu || lesus abscedat || tu sine cunctabun- || da deliberatione || intra unam ora*m* || judicandos pu- || tares quorum || longevus idem- || que quantum hu- || manae conscie*n*- || tiae interest in || reprehensibi- || lis episcopatus || lascivos sordidos- || que tuos excide- || ret annos, nam || unus eorum post || undecim annos presbyterii triginta quinque annorum tunc cognosceba- || tur episcopus sicuti etiam et quae non latebat opinio et ipsa aetas tam || annosam ejusmodi testabatur functionem, sed et lectorum et minis- || trorum a vobis pro moribus vestris institutorum qui et canitiem || execrandam et senectutem ejus abominabilem vobis cum volu*n*- || tate audientibus vociferabatur, indicabat impiaetas; alter ab || adulescentia clericus adque per singulos gradus ad episcopatum

Margines codicis, de quo supra ad tab. XI, p. 17-19, egimus, dissertationem Maximini episcopi praebent in qua inseritur Auxenti Dorostorensis epistula de fide, vita et obitu Wulfilae. De operibus in marginibus foliorum 298-311 et 336-349 exaratis adeundus Kauffmann, op. cit. Quod ad scripturam attinet, tum comparatio cum Gaiana interpretatione tabulae praecedentis, tum fragmentum (an. 386-388 respiciens)

Codicis Theodosiani, XVI 4, 1-2 anno 438 editi in fine foli 349 allatum probare videntur id genus minusculae Romanae vel semiuncialis, circa medium quintum saeculum in usu fuisse.

## TABVLA LXIII

SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex 722, p. 154.

1° Scriptura prior : Hilarius, *Tractatus in Psalmum 126*, cap. 3 [p. 615, 23-616, 14 edit. Zingerle in Corp. script. eccles. vol. XXII, Vindobonae, 1891].

adhibenda, tamen cum ignoraret
inanem tanti laboris operationem
futuram, civitatem eadem a Baby-
llonis ob peccata populi diruenda is-
ta dixisse : Nisi Dominus aedificaverit
sibi domum, incassum laborave-
runt aedificantes eam. Pu-
tant autem profetiam hanc consum-
matam in ea tempora fuisse, quibus
post captivitatem populi Dario rege
reditum inpertiente aedificata
rursum per Zorobabel et Josedec civi-
tas fuit. Quorum inopem sensum ipsa
illa posset consummatio aedificatio-
nis arguere; nam per Aggeum profetam
ita ad hos eosdem restauratores Hie-
rusalem Dominus est locutus : Adhuc se-
mel ego moveo caelum et terram et
mare et aridam et subvertam sedes
regum. Psalmi ergo virtus non
in tempore tantum Salomonis sed
etiam Aggei intellegenda est conve-
nire; aedificationis enim utriusque
labor vanus est; aedificata nam-
que per Zorobabel civitas solum ho-
die ex se conflagrationis suae cinerem
et deformium ruinarum praebet foe-
ditatem.

[*Quaternio*] VI.

Scriptura posterior (saeculi noni incipientis) : *Lex Romana Visigothorum* [ed. G. Haenel, Lips. 1849, p. 229-233].

ubi exinde causatio orta fuerit
nulla dilatacio exinde non [pro]ponatur qui-
a dominicas causas sine omne dilata-
cione fenitas esse debent. Item alia interpretatio.

X. Si quis homo ad unum judicem de sua
causa judicium acciperit et si postea
de ipsam causam ad alium judicem simile ju-
dicium reciperit, si ipsum judicium
aptare nonluerit, si iterum ante ter-
cium judicium[1] ipsa causa prosequere vo-
luerit ipsa causa ammittat, et
ille suus adversarius ipsam rem unde
ipsa causa agitur recipiat. Item alia interpretatio.

XI. Si (quis) aliqui contra hunc factum testamen-
tum apellare vedare voluerit ut
non debeat scriptum heredem ad eredita-
tem venire si in tale parte judex apel-
latoribus consentire voluerit sic hoc
fecerit, tam ipse judex quam ipse qui apel-
laverit XX libras auri in fisco exsol-
vat.

XII. De fide testium et cartarum id est
strumentorum. Imperator Constantinus, data IIII nonas
madias. Interpretatio. De unam rem hec lex vetat.

Ejusdem codicis pag. 258 : Hilarius *in Psalmum 138,* cap. 37 [p. 770, 19-771, 8 ed. Zingerle].

filioli mei quos iterum parturio
donec formetur Christus in vobis.
Replemur autem secundum dictum
profetae : Replebimur ab ubertate do-
mus tuae. Die itaque replebuntur
id est vero lumine, lux enim Christus est :
Erat enim lux vera quae lucificat
omnem hominem venientem in
hunc mundum. Non jam ignoran-

1. Corr. *judicem.*

tiae noctem neque tenebris hujus saeculi caeci sed veritatis luce inluminati et die repleti; quod autem repletum est nihil praeter id ex quo plenum est recipit; nox enim qui die repletus est non penetrat secundum illud apostoli : Quae enim participatio luci ad tenebras ?
Neque sedem spiritus Christi adit spiritus mundi, ut scribtum est : Vos enim non spiritum
« hujus mundi accepistis sed spiritum qui a Deo est. Neque qui mundo mortuus est vivit sibi, ut apostolus docet : Vivo enim jam non ego, vivit autem in me Christus. Qui die repletus est diem tantum in se habet et ideo ait : Die replebuntur et nemo in his. Nemo in his erit praeter diem.

De codice rescripto, nunc reliquias tractatuum in Psalmos 119-150 continente, vid. Antonium Zingerle, *Sitzungsb. d. Wien. Akad.*, t. CVIII, 1885, p. 5 sqq.; edit. cit. p. VIII. Paginae 257-258, 263-268 non rescriptae sunt sed propter pallidum atramentum aegre leguntur.

Verba loquentium retracta introrsus columna referuntur; spatium vacuum inter plerasque sententias relictum est. Si qua *m* vel *n* in fine versus compendio significatur, linea cum puncto supra posito vocalem praecedentem sequitur, non superat. Littera *i* saepe grandis.

Lex Romana Visigothorum (sive Breviarium Alarici), teste Haenel, op. cit. p. XXXI-XL, tempore Remedii (cujus Capitula paginas 248-256 tenent) episcopi Curiensis an. 800-820, exarata est.

## TABVLA LXIV

1° SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii codex n° 193, pag. 257.

Scriptura prior : *Prophetia Danielis* II, 12-14.

Quo audito rex in furore et in ira magna
praecepit ut perirent omnes sapientes
Babylonis.
Et egressa sententia sapientes interficiebantur,
Quaerebaturque Danihel et socii ejus
ut perirent.
Tunc Danihel requisivit de lege atque
sententia.

Scriptura posterior (saeculi noni incipientis) : *Pseudo-Augustini* sermo.

congregat ne in terra pereat,
divitiae si adfluent, nolite cor ad-
ponere, ut ille dives qui de purpora
et bisso ornatus cottidiae splendide
epulabatur; mortuus est et in infernum
sepultus, in flammas crutiatus arde-
bat in lingua, Lazarum quaerebat
guttam aquae cui nec haberet micam
panis; non inveniebat veniam quia
non fecerat misericordiam. Tarda est
confessio quando ad veniam nulla est
regressio. Mala est paenitentia ubi
nulla erit indulgentia, in prophetis : in
infernum autem quis confitebitur tibi. Sa-
lamon ait : quodcumque potest manus
tua facere instanter operare, quia
nec opus nec ratio nec scientia nec
sapientia erunt apud inferos quo
properas, venturum tempus ignoras
et post mortem operare non possum ;
quinque enim fratres habebat

Pars Bibliae vel saltem Libri Prophetarum jacet sub textu Caesarii Arelatensis, Augustini, Hieronymi, cet. In alio codice Sangallensi, scil. n° 567 (pag. 142-143) inveniuntur folia ab eadem vetere manu scripta, quae ad Micham Jonamque prophetam pertinent.

Ejusdem generis fuisse videtur scriptura Libri Prophetarum, per cola et commata exarati, atque scriptura codicis praecedentis.

2° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex 169 (nunc 192), fol. 33 v° : Augustinus *Contra duas epistolas Pelagianorum*, I, IX, 16; X, 17 [ed. Gaume, X, 808-809].

autem mandato peccatum
revixit, quid sit aliud quam
eminuit, et apparuit? nec
tamen ait vixit, sed revixit.
Vixerat enim aliquando in
paradiso quando contra
datum praeceptum satis
apparebat ammissum;
quum[1] autem a nascentibus
trahitur tamquam mor-
tuum sit latet, donec repug-
nans[2] justitiae malum ejus
prohibitione sentiatur;
quum aliud jubetur atque
approbatur aliud delec-
tat[3] atque dominatur, tunc
peccatum quodammodo
in notitia nati hominis
revivescit, quod in notitia
primum facti hominis ali-
quando jam vixerat, sed
quod sequitur non ita ex-
peditum est quomodo de

In margine, litteris inclinatis nec minus antiquis quam reliquae : *quomodo peccatum revixit id est apparuit.*

Nota marginis superioris : *Commentum super libros dialecticas* (corr. *cos*). *Liber beati Odonis abbatis*, saeculo XIII apposita, nos docet folium illud tunc in fronte alius codicis Floriacensis

1. Hic iterumque post quinque versus corrector restituit *cum*.
2. Correctori melius visum est *repu* || *gnans*.
3. Eidem melius visum est *dele* || *ctat*.

fuisse, i. e. codicis in bibl. Aurelianensi n° 224 designato, quod in parte sinistra manus recens (Leopoldi Delisle, ni fallor) indicavit.

Praeter duo folia (notata 32-33) in volumine Aurelianensi servata, ejusdem codicis supersunt duo folia Parisiis in bibliotheca patria, scil. in cod. Nov. acq. lat. 2199 (fol. 1) atque in cod. lat. 13368 (fol. 256), omnia ex eodem quaternione tracta. Cf. Leop. Delisle, *Bulletin de la Soc. de l'Orléanais*, 1885, p. 313 sqq., qui unam codicis paginam heliographice expressam edidit in *Mémoires de l'Acad. des Inscr.* XXXII, part. 1ª, tribus ejusdem versibus jam in *Cabinet des mss. de la Bibl. nat.*, pl. IV, nis 4 et 5, delineatis.

Litterae summa simplicitate ac puritate exaratae sunt. Animadvertenda lectio *quum* bis a scriba exarata, quae hucusque in solis Hispaniae vel Visigotici regni regionibus inventa est.

## TABVLA LXV

1° VERONAE. Bibliothecae Capituli codex n° 4, fol. 3 : Fragmentum Bibliae. *Liber Sapientiae*, VIII, 14-21 :

disponam populos et nationes
mihi erunt subjectae,
timebunt me audientes
reges horrendi
in multitudine videbor bonus
et in bello fortis ;
intrans in domum meam
conquiescam cum illa;
non enim habet amaritudine
conversatio illius,
nec taedium convictus illius,
sed laetitiam et gaudium.
haec cogitans apud me
et commemorans in corde meo,
quoniam immortalitas est
in cogitatione sapientiae ;
et in amicitia illius delectatio bona

et in operibus manuum illius
divitiae sine defectione,
et in exercitatione illius
loquella sapientiae,
et praeclaritas in communica-
tione sermonum illius,
circumibam quaerens
ut mihi illam adsumerem ;
puer autem eram ingeniosus
et sortitus sum animam bonam,
et cum essem magis bonus, veni
ad corpus incoinquinatum,
et ut scivi quoniam aliter non possum

2° Ejusdem codicis fol. 4 v° : *Liber Sapientiae*, IX, 14-X, 3

et incertae providentiae nostrae.
Corruptibile enim corpus
adgravat animam
et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem
et difficulter aestimamus
quae in terra sunt
et quae in prospectu sunt
invenimus cum labore,
quae in caelis sunt autem
quis investigabit?
Sensum autem tuum quis scibit
nisi tu dederis sapientiam
et miseris sanctum spiritum tuum
de altissimis,
et correctae sunt semitae eorum
qui in terris sunt
et quae tibi placent didicerint
homines
et per sapientiam salvati sunt.
Haec illum qui primus finctus
est pater orbis terrarum,
cum solus esset creatus, custodivit,
et eduxit illum a delicto[1] suo,

1. Corr. *dilecto*, littera *e* superne expuncta.

et dedit illi virtutem
continendi omnia;
ab hac ut recessit injustus
in ira sua
per iram homicidii fratris
deperiit

Folia tantum tria (f. 3, 4, 5) supersunt codicis olim Librum Sapientiae, vel partem Bibliae secundum versionem antehieronymianam, continentis, in quo titulos SAPIENTIA versae, SIRAC rectae paginae superne ferunt. Scriptura per cola et commata procedit.

Specimina jam dederunt Bianchini, *Vindiciae canonum script.*, t. I, p. CCXIII et Benedictini, *Nouv. Traité*, t. III, p. 207, pl. 46, I, II (ubi quattuor versus).

## TABVLA LXVI

1° SANCTI GALLI. Bibliothecae coenobii cod. 1395, pag. 251 ; Euangelium secundum *Lucam*, XXII, 55-66.

autem igni in medio
atrio et circumsedentibus illis erat Petrus
in medio eorum. Quem
cum vidisset ancilla
quaedam sedentem
ad lumen et eum fuisset intuita, dixit : Et
hic cum illo erat. At
ille negavit eum dicens :
Mulier, non novi illum.
Et post pusillum alius
videns eum dixit : Et
tu de illis es. Petrus vero ait : O homo non sum.
Et intervallo facto
quasi horae unius
cantavit gallus.
Et conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus
verbi Domini sicut dixit :
Quia prius quam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras
Petrus flevit amare.
Et viri qui tenebant
illum inludebant ei
caedentes, et velaverunt eum et percutiebant faciem ejus et
interrogabant eum
dicentes : Profetiza,
quis est qui te percussit?

alius quidam adfirmabat dicens : Vere et hic cum illo erat, nam et Galilaeus est. Et ait Petrus : Homo nescio quod dicis. Et continuo adhuc illo loquente et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribae et duxerunt illum

2° Sancti Pauli in Carinthia. Abbatiae Benedictinorum codex XXV. d. 65 : Euangelium secundum *Lucam* XXII, 66-XXIII, 7.

in concilium suum dicentes : Si tu es Christus dic nobis.
Et ait illis : si vobis dixero, non credetis mihi; si autem et interrogavero non respondetis mihi neque dimittetis.
Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei.
Dixerunt autem omnes : tu ergo es filius Dei? qui ait : Vos dicitis quia ego sum.
At illi dixerunt : Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore ejus.
Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.
Coeperunt autem accusare illum dicentes : hunc invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari Caesari et dicentem se Christum regem esse.
Pilatus autem interrogavit eum dicens : tu es rex Judeorum. At ille respondens ait : tu dicis.
Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas : nihil invenio causae in hoc homine.
At illi invalescebant dicentes : commovet populum docens per universam Judaeam et incipiens a Galilaea usque huc.
Pilatus autem audiens Galilaeam interrogavit si homo Galilaeus esset, et ut cognovit quod de

Inter codices euangeliorum qui Hieronymi versionem nobis tradiderunt is fortasse antiquissimus est. Quanquam de eo Constantinus Tischendorf egerat (*Deutsche Zeitschrift f. christl. Wissenschaft*, 1857, p. 54-55), eum injuria neglexerunt ultimi,

ceterum praestantissimi, euangeliorum latinorum editores Wordsworth et White. Neque tamen doctissimum Samuelem Berger fugerat veram lectionem in uno saltem loco ab unico Sangallensi nostro conservari (vid. Novum Test., ed. cit., Epilog., p. 740).

Praeter duo ejusdem codicis folia quae in monasterio Sancti Pauli inveni[1], duo in bibliotheca Societatis Antiquariorum Turicensium aliaque in bibliothecae Urbicae Sangallensis codice 292 asservantur.

Formae litterarum simplicitate optima praestant. In margine appositi sunt numeri concordantiae Ammonianae, ubi notandus antiquus scribendi modus, v. g. LXLIII (pro XCIII), LXLV (pro XCV) etc.

In margine superiore minutis litteris tituli SECUNDUM in versis et IOHANNEM vel MATTH. in rectis paginis saepe leguntur.

1. Cf. *Journal des Savants*, mai 1902.

# SEXTUM SAECULUM

Fundamentis satis firmis saeculi sexti notitia nititur, cum quosdam certa, alios probabili temporis nota insignitos habeamus. Jam duplici forma *N n*, *G g* scribuntur (ut in collectione canonum Corbeiensi, cf. Zangemeister et Wattenbach, tab. 40); lineola sine puncto in fine versuum litterae *m* vel *n* suppressae locum tenet, vocali praecedenti superposita; *e* figuram uncialem tum retinet tum relinquit; *l i* juxta positae, non ligatae; *m* medio crure adhuc puro, nisi in altera saeculi parte, utitur; hastae caudaeque litterarum nondum appendicibus ornantur; τ rotundo tractu incipere potest.

## TABVLA LXVII

1° VERONAE. Bibliothecae Capituli codex XXII, 20, fol. 19 v° : Hieronymus, *de viris illustribus*, c. 19-22 [ed. Herding, p. 23, 12- 24,10].

in quo et antiquitatem sui et aetatis ostendens ait plurimos a se visos qui sub Domino variis in Judea oppressi calamitatibus sanati fuerant et qui a mortuis resurrexerant.

XX. Aristides Atheniensis philosophus eloquentissimus et sub pristino habitu discipulus Chr*isti*, volumen nostri dogma rationem continens eodem tempore quo et Quadratus Adriano principi dedit, id est apologeticum pro Chr*is*tianis quod usque hodie perseverans aput philogos ingenii ejus indicium est.

XXI. Agrippa cognomento Castoris vir valde doctus adversus viginti quattuor Basilidis heretici volumina, quae in euangelio confecerat, fortissime disseruit prodens ejus universa mysteria et profetas enumerans Barchabban et Barcho, et ad terrorem audientium alia quaedam barbara nomina et domini maximum ejus Abraxas, qui quasi annum continens juxta Graecorum numerum supputetur; moratus autem est Basilidis, a co gnostici, in Alexandria temporibus Adriani; qua tempestate et Cochebas dux judaicae factionis Chri*s*tianos variis suppliciis enecabit.

XXII. Hegesippus vicinus apostolicorum temporum et omnes a passione Domini usque ad suam aetatem ecclesiasticorum actuum extent storias multa

De eo codice vide Augustum Reifferscheid, *Bibl. patr. lat. Italica* I, p. 90-93 (qui saeculo octavo scriptum perperam reputabat), Ludovicum Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. XXX sq. et p. 43-46.

Circa ann. 514-519 compositum ac probabiliter scriptum fuisse L. Duchesne probavit fragmentum Laurentianum vitarum pontificalium quod in capite codicis superest. Nec posterior videtur scriptura in notitiis Hieronymi Gennadiique adhibita.

Quaterniones in angulo dextro imi marginis signati sunt, e. g. III (fol. 15 v°), IIII (fol. 23 v°), X (fol. 71 v°), XXI (fol. 159 v°). Capitalibus litteris inscriptus est titulus (fol. 9 v°) : INC*ipit* VIRORUM INLVSTRIVM BEATI HIERONIMI PResBiterI ET GENNADII PResBiterI.

Notae tironianae passim in marginibus vel inter versus occurrunt, praesertim in Catalogo operum Augustini a Possidio composito, illic inserto. Quas enodare tentavi in *Revue des Bibliothèques*, 1902, p. 2 sqq.

2° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 13367, fol. 184 v° : Augustinus *de bono conjugali*, XVIII, 21 [p. 214, 3-20 editionis a Josepho Zycha datae in Corp. script. eccl. t. XLI, Vindob. 1900].

perfectio post hanc peregrinationem futura est, ubi omnium cogitationes nec latebunt invicem nec inter se in aliquo repugnabunt; propterea sacramentum nubtiarum temporis nostri sic ad unum virum et unam uxorem redactum est ut eclesiae dispensatorem non liceat ordinari nisi unius uxoris virum; quod acutius intellexerunt qui nec eum, qui cathecumenus vel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt; de sacramento enim agitur, non de peccato; nam in baptismo peccata omnia dimittuntur, sed qui dixit : si acceperis uxorem non peccasti, et si nubserit virgo non peccat, et : quod vult faciat, non peccat, nubat, satis declaravit nubtias nullum esse peccatum. Propter sacramenti autem sanctitatem sicut femina, etiam si cathecumina fuerit vitiata, non potest baptismum inter Dei virgines consecrari, ita non absurde visum est eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad vitae bonae meritum, sed ad or-

[Quaternio] XXIII.

In margine additae sunt notae :

de sacramentum | nuptiarum | quod dispensa- | torem ecclesiae | unius uxoris | virum esse | opor- | te- | at.

Neque per baptismi | gratiam potest | quis virginitatem | amissa reparari.

Codex olim Corbeiensis, deinde in bibliotheca S. Germani a Pratis (n° 762) Parisiis servatus, de quo adi auctores Novi tractatus diplom. (III, p. 160 etc.); Leop. Delisle, *Cabinet des mss.*, pl. IX, n^os^ 1-4; Josephum Zycha in editione supradicta, p. VII.

Quaterniones in angulo dextro infimo ultimae paginae

signati sunt; verba loquentium signis in margine positis ornata, aliquando etiam retracta introrsus columna, ut in antiquissimis uncialibus libris, referuntur.

Ante conditum Corbeiense monasterium sane codex scriptus est.

## TABVLA LXVIII

MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex O 210 sup., fol, 54 v°. Gelasius, *Epistula* VII [Migne, LIX, 40 B].

memoriae Hieronymum adq*ue* Augustinum eclesiasticorum lumina magistrorum, musca moritura, sicut scribtum est, exterminans oleum savitatis, lacerare contenderet. Sed quod miremur eclesiarum praesules ista neglegere, quod sicut a multis audivimus contra canones omnia gerere et contra apostolicam disciplinam passim cuncta miscere manifestum est; non observatis regulis ordinare licitequ*e* non solum monachos sed etiam ministros eclesiae cum feminis ad peregrinam ignorantes remeare rursus et ab aliis episcopis in militiam provirei clericalem? quae cum singula toleranda non sint, qui sustineat tot et talia facinora perpetrari, quibus spectaculum gentibus et hereticis non inmerito praebentes ipsum (quod absit) tendere videantur religionis excidium? digneq*ue* ista facientibus aptatur illa sententia dicentis apostoli : Nomen enim Dei per vos blasfematur in gentibus. Sufficiat igitur hactenus haec fuisse conmissa et ut placetur Deus, humanis rebus sollicitius divina curentur. Nusquam locum prorsus hujus inveniat praefatae pestis adsertor, nec accessum prorsus eclesiae vel usquam participationem catholicae communionis inveniat qui hereticorum

Q[*uaternio*] I.

Ejusdem voluminis fol. 30 : Vigilius Tapsensis *de Trinitate*, lib. IV-V (sub nomine S. Athanasii) [Migne, LXII, 268 B].

deitatis ad communem autoritatem trinitatis uniter referre et aliud est in singula nomina pluraliter per singulas personas distingure, quia ubi ad naturam sequitur commune nomen, revelatur, ubi autem ad nomina proprietas earumdem in singulis personis inesse declaratur, sicut te in hoc to[1] vas electionis breviter absolvit dicens : ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. Ita non per haec tacita nomina quamvis personarum singulas significationes inesse designavit, id est ex Deo patre, quod est evidenter ex Deo, et quod prosecutus est coram Deo hoc est teste Deo, sancto spiritu demonstravit. Et in Christo loquimur quod ait, utique nos ex Deo in filium Dei testimonium praedicamus. Vides multifariae tibi dictum nomina singula in personis esse ostensa, propter quod nomina singula tantum in personis perfecte distinguuntur.

EXPLiciT LIBELLUS IIII DE SINGULIS NOMINIBUS.

INCiPit QUINTUS DE UNA ET SEMPITERNA SUBSTANTIA TRINITATIS.

Hic contradicentis persona persona est Arioma-nitarum. Cur conexus sempiternum filium, quem nativitas nullo modo passa est admittere in sempiternitat? qui si sempiternus erat, natus non erat; si autem natus est, sempiternus esse non potest, dum nativitas posterior sit a sempiternitate. O inanis mahina de ligno, faeno et stramene[2] in arenis aedificata, cujus in proximo adest ruina! hic ad tuum malum argumentum neccesse est ut contra te proferam vere sapientiae interdictum. Quare non sit sempiternus filius, cujus nativitas nullo mo[3] excluditur a sempiternitate? sed immo hic qui ante omne omnino

De hoc codice cf. Antonium Muratori, *Anedocta*, II, 112 sqq., Augustum Reifferscheid, *Bibl. patrum lat. Italica*, II, 94-96. Inscriptus est « liber Sancti 20 Columbani de Bobio ».

1. Mendum animadversione dignum pro « sicut et in hoc argumento ».
2. Corr. *stramine*.
3. Mendum pro *modo*.

Duo libri eadem compactura juncti sunt, amborum quaternionibus in angulo dextro infimo ultimae paginae signatis. Fortasse pars quae Gelasii epistulam continet altera antiquior est.

In folio 46 v° (olim ultimo) manus cursoria saeculo VII° vel VIII° preces quasdam addidit, adhibitis notis tachygraphicis de quibus alio loco egi[1].

## TABVLA LXIX

1° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. nov. acq. 1594, fol. 18 v° : Augustinus, *Sermo* 22 (alias de Tempore 109), 9-40 [ed. Gaume, V, 174].

modestia humilitate elymosinas faci-
entes, ignoscentes quod a quoquam
perpessi sunt? Talis est enim via justorum,
talis est via *sanct*orum tenentium Deum pa-
trem, tenentium eclesiam matrem, nec
illum parentem nec istam offendentes,
sed in amore utrius[*que*] parentis viventes
et ad haereditatem aeternam properan-
tes, non laeso patre non laesa matre
datur unicuique haereditas. Quia duo pa-
rentes nos genuerunt ad mortem, duo
parentes nos genuerunt ad vitam : pa-
rentes qui nos genuerunt ad mortem,
Adam est et Eva; parentes qui nos genue-
runt ad vitam Chr*ist*us est et eclesia. Et pater
meus qui me genuit Adam mihi fuit, et ma-
ter mea Eva mihi fuit. Nati sumus secun-
dum istam progeniem carnis, ex mune-
re quidem Dei, quia et istum munus non
est alterius sed Dei, et tamen, fratres, quo-
modo nati sumus? Certe ut moriamur.
[Quaternio] III.

1. *Introduction à la lecture des notes tironiennes*, p. 117-120, 229-231 et pl. XIII.

Codex ille nonnisi pars est e codice Lugdunensi 521 a Guillelmo Libri avulsa, domino Ashburnham vendita, a Bibliotheca patria demum redempta. Vide L. Delisle, *Notices et extraits des mss.* XXIX, 2ª, p. 369-371 et *Catalogue des fonds Libri et Barrois,* p. 21-22 et pl. I, n° 7.

Quanquam specimina ejus jam optima data sunt (cf. *Album paleogr.* p. p. la Société de l'École des Chartes, pl. IX, ubi pars unius paginae, et L. Delisle, l. c.) alium hic afferre decrevi, ut modus signandi quaterniones, tam rarus in codice antiquissimo, scilicet in media marginis infimi parte appareret. Sic legitur in quadrato signum I (fol. 2 v°), II (fol. 10 v°), IIII (fol. 26 v°), in circulo V (fol. 32 v°); nihilominus alio loco, exeunte quinione, invenitur notatio antiqua Q. VI circulo circumdata (fol. 42 v°).

Notemus etiam ejusdem codicis unam paginam (fol. 7 r°) uncialiter scriptam fuisse.

2° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 9533, fol. 227 : Augustinus *in Psalmum XXXV,* cap. 18-19 [ed. Gaume, IV, 365].

sus, sed stat et audit eum et gaudio
gaudet propter vocem sponsi
non propter suam, ne veniat ei
pes superbiae et expellatur nec
possit stare. Et si cum labore ali-
quui vestrum tedio fuerimus,
finivimus psalmum; transit tedi-
um, et gratulabimur, quia psalmus
totus expositus est immedio, jam
timens ne oneraremus vos dimis-
surus eram, cogitavimus quia in-
tentio nostra recideretur et non
sic rediretur ad dimidium, quomo-
do excurremus totum, et malui
vobis gravis esse quam rem per-
fectam reliquias servare; debe-
tur etiam vobis etiam crastinus
sermo. Orate pro nobis ut valea-
mus exhibere et afferte fauces

esurientes et corda devota.
explicit psalmus XXXV.
incipit psalmus XXXVI.
*Emendabi semel. Deo gratias.*

Is codex (olim Suppl. lat. 118 B) commentarios in psalmos 29-36 continet. Membrana adeo tenuis est, fortasse quia erasa fuit, ut vacuas paginas (fol. 98 v°, 101 r°) vel paginarum partes (fol. 97 v°, 139 v°) scriba linquere cogeretur. Ante Scripturae verba signum in marginibus ponitur.

## TABULA LXX

1° TAURINI. Bibliothecae patriae vel Universitatis codex G. V. 26, fol. 27 : Augustini *Collatio cum Pascentio*, inter Augustini epistulas [ed. Gaume, II, 1472, in Appendice].

Nam procul dubio intueris,
a vobis proposita praesen-
tem virum Augustinum
suis adsertionibus nimium
transilire; aput[1] te enim,
nobilissime vir, eligo quam
aput Deum perennis reatus cul-
pam incurrere. Pascentius
vir spectabilis *respondit* : Scribta quae
proposui non sunt quidem
in lege, sed debere propter
honorem patris adstrui,
recte defenduntur.
Laurentius vir *clarissimus*[2] dixit : Sic ergo
et omousion quod in dubium
veniebat te proponente
et si scribtum non est, res
ipsa tamen quae latet in
verbo vera est; cedatur

1. Corr. *apud.*
2. Mirum est litteras V C non intellectas esse a lectore saeculi fere decimi, qui *vicarius* superscripsit.

honorifice unitati,ʳne fiat
injuria temere trinitati.

Laurentius vir *clarissimus* his gestis aput me habitis Ippone regio in domo Anicia propria manu suscribsi.

2° Ejusdem codicis, fol. 129 : Rufinus Aquileiensis, *Commentarius in Symbolum Apostolorum*, c. 19 [Migne, Patr. lat. XXI, 357].

bivent vino[1], unguentur
unguento in monte isto ;
tradent haec omnia gentibus. Hoc enim Dei omnipotentis
consilium super omnes gentes.
Sed dicent fortasse illi nobis
qui se jactant scientia[2] legis
blasphemantes qui dicunt
Dominum corruptione[3] mortis
et passione[4] crucis fuisse subjectum ; legite ergo quod scribtum habetis in lamentationibus Hieremiae, ubi dicit :
Spiritus vultus nostri Christus Dominus
compraessus est in corruptionibus nostris, in quo diximus : sub umbra ejus vivemus in gentibus. Audis
quomodo profeta Christum Dominum
conpraehensum esse et pro
nobis id est * quod si operosum
non videtur quia possumus

*Corrector omissa restituit* : * pro peccatis nostris correptioni traditum, in cujus umbra viximus in gentibus quoniam populus ille qui permansit incredulus abjectus est, dicet quia vivemus non in Israël sed.....

1. Corr. *bibent vinum.*
2. Corr. *scientiam.*
3. Corr. *corruptioni.*
4. Corr. *passioni.*

Codex olim Bobiensis, n° 26 designatus in Catalogo anni 1461 ab Amedeo Peyron edito. Vide descriptionem ab Augusto Reifferscheid navatam (*Bibliotheca patr. Italica*, II, p. 110-112).

Quaterniones in angulo dextro imi marginis signati sunt, e. g. q. VIII (fol. 14 v°), q. V (fol. 21 v°), q. XIII (fol. 53 v°), q. I (fol. 69 v°), q. II (fol 77 v°). Ante loquentium verba vel ante versus e Biblia allatos signa quaedam in margine inveniuntur.

Manus quae adjecit in imo folio 27 : « Laurentius... suscribsi » ejus correctoris est qui titulos, e. g. fol. 28 : « Inci*pit* prima epistula S*ancti* Aug*ustini* ad eundem Pascentium » addidit et aliis locis verba omissa, ut fol. 129, restituit.

## TABVLA LXXI

1° PARISIIS. Bibliothecae patriae codex lat. 6400 G, fol. 142. Scriptura prior : *Numerorum liber* XXIX, 22-33 :

ne ejus.
die quarto offeres
vitulos decem
arietes duos
agnos anniculos in-
maculatos XIIII
sacrificiaq*ue* eorum
et libamina sin-
gulorum
per vitulos et agnos
et arietes rite ce-
lebrabis
et hircum pro pec-
cato absque holo-
causto sempiter-
no
sacrificioq*ue* ejus et
libamine
die quinto offeres
absq*ue* holocausto s[em-]
piterno sacrif[i-]
cioq*ue* ejus et lib[a-]
mine.
die sexto offeres [vi-]
tulos octo,
arietes duos,
agnos anniculos [in-]
maculatos XII[II]
sacrificiaq*ue* et lib[a-]
mina singulor[um]
per vitulos et ar[ie-]
tes et agnos ri[te]
caelebrabis
et hircum pro p[ec-]
cato
absque holocaust[o]
sempiterno sa[cri-]
ficioq*ue* ejus et l[iba-]

vitulos novem
arietes duos
agnos anniculos in-
macutos XIIII
Sacrificiaq*ue* et liba-
mina singulorum
per vitulos et arietes
et agnos rite cae-
lebrabis
et hircum pro pecca-
to
mine
die septimo offer[es]
vitulos septem
arietes duos
agnos anniculo[s]
inmaculatos [XIIII]
sacrificiaq*ue* et li[ba-]
mina singulorum
per vitulos et ar[ie-]
tes et agnos ri[te]

Scriptura posterior (saeculi septimi exeuntis) : Isidorus, *de natura rerum*, cap. 38 [Migne, LXXXIII, 1009].

XXXVIII. de signis tem-
pestatum vel seren-
tates. Tempestas tur-
bo est divini judicii.
Sicut propheta ait : D*eus*
in tempestate et in tur-
bini viae ejus. Seren-
tas autem gaudium est
lucis aeternae. Signu*m*
autem t*em*pestatum navi-
gantib*us* tranquillis in
partis sic dicit : mutatio
tempestatis expectan-
da est in aspirius cum in
nocturna navigatione
scintillat ad remus et ad
gubernacula aqua, in
austrum venti mutatio
est cum luliginis erun-
dinis evolant aut cu*m*
delfini intos se saltib*us*
ostendunt aut caudis
aquas feriunt.

In circulis, quibus KOCMOC vel MVNDVS circumdatur, occurrunt nomina ventorum :

Eurui, Eurus; Euroauster, Euronotus; Auster, Notus; Austroafricus, Libonotus; Austricus, Lips; Fabonius, Zephyrus; Chrorus, Agrestis; Circius, Trascias; Septentrio, Apurcias; Aquilo, Boreas; Vulturnus, Croas; Subsolanus, Apoliotes.

2° Ejusdem codicis fol. 141 v°. Scriptura prior : *Numerorum liber* XX, 14-20.

t]er tuus Israhel :
Nos]ti omnem laborem
qui adpraehendit
nos
Qu]omodo descende-
rint patres nostri
i]n Aegyptum
et] habitarimus ibi
multo tempore
a]dflixerintque nos
Ae]gyptii et patres
nostros
et] quomodo clama-
verimus ad Dominum et
exaudierit nos
m]iseritque angelum
qui eduxerit nos
de Aegypto
ec]ce in urbe Cades
quae est in extre-
mis finibus tuis po-
siti
O]bsecramus ut nobis
liceat transire per
terram tuam
N]on ibimus per agros
nec per vineas
n]on bibemus aquas
de puteis tuis
sed gradiemur via
publica
nec ad dexteram
nec ad sinistram
declinantes,
donec transeamus
terminos tuos ;
cui respondit Edo :
non transibis per me,
alioquin arma-
tus occurram[1] tibi.
dixeruntque filii Israel :
per tritam gradie-
mur viam
et si biberimus aquas
tuas nos et peco-
ra nostra
dabimus quod jus-
tum est,
nulla erit in pretio
difficultas,
tantum velociter
transeamus
at ille respondit :
non transibis
statimque egressus
est obvius cum in-
finita multitudi-
ne et manu forti

Scriptura posterior : Isidorus, *de natura rerum*, cap. 37 [Migne, LXXXIII, 1008].

hic generat tempesta-
tes et pluvias et facit no-
bium conlisionis et soni-
tus tonitruorum et crebre-
centium fulgorem visus
horum ubique spiritus ma-
gis quam venti, aura et
altanus. De[2] qualitate ven-
torum sub caeli axe liqui-
do et aperte inveniet

1. Lineola qua *m* significatur posterius addita est.
2. Quae sequuntur desunt in editionibus.

et fluminum inpulsus; corus, qui et agrestis, ex sinistra parte fabonii aspirans; eo flante in oriente nubila sunt, in India serena. Quosdam[1] autem Tranquillus propius locorum flatus certis appellant vocabulis, quo ex numero sunt in Siria Syrus, carbassus in Sicilia, in Propontide tracidas, in Atica scyron, in Gallicias circius, in Spania socronensis. Sunt praeterea quidam innurabiles ex fluminibus aut stagnis aut finibus nominati; duo sunt tamen extra si circuli similitudinem prudens lector requirat.

Jam superius (tab. XV, p. 28 sq.) de eo Floriacensi manuscripto egimus. Quantum e paginis injuriam temporis passis judicare licet, scriptura semiuncialis quae partem Veteris Testamenti offert, per cola et commata exarati, formis omnino puris praestat.

## TABVLA LXXII

VERONAE. Bibliothecae Capituli codex XXXVII, 35, fol. 230 v° : Clementis Romani, ut fertur, *Recognitiones*, interprete Rufino Aquileiensi, lib. IX, 38 [Migne, Patr. graec. I, 1420].

VIIII

ex praesentia tui daemon quidem fugit, ostia vero quae rant in hospitio una cum uxore sua transire jussit, et unus

1. Corr. ex *quosdas*.

summo cum munimento clausa fuerant aperta sunt, et ipsa sana stans et rogans ut diem salutarium suorum laetum et ipsi et parentibus facias et maneas aput eos. Haec cum ita unus ex famulis enarrasset, ipsae etiam catenae de manibus ejus ac pedibus fuissent sponte resolutae, Petrus certus quod per ipsum sanitas haec reddita sit puellae, adquievit manere aput eos. Sed et illos qui remanse-

quisque acceptis seorum cubiculis mansimus, adque ex more cibo sumpto redditisque laudibus Deo suis singuli requievimus locis. Amen.

Explicit liber VIIII.
Incipit X.

*Contulimus.*

Subscriptio *contulimus* invenitur in fine libri I (fol. 15 v°), libri III (pl. 99), libri IIII (fol. 119), libri V (fol. 141), libri VII (fol. 169 v°), libri IX. Quaterniones in angulo dextro imi marginis signati sunt, e. g. V (fol. 8 v°), VII (fol. 23 v°), usque ad numerum XXII; sequentes notati sunt litteris *a, b, c* usque ad *p*.

Verba a scriba omissa corrector restituit, litteris *hd* (*hic deest* vel *deficit* in textu, litteris autem *hs* (*hoc supple*) non ut solet ante addita sed post eadem inscriptis, e. g. fol. 120 v° et 124.

Larga titulis spatia concessa sunt. Cum liber III fol. 99 perfectus esset, titulus « Incipit liber IIII » non ante quartum versum columnae dextrae folii versi scriptus est. Libro IIII in priore columna folii 119 finito, altera columna vacua relicta est.

Ceterum vide descriptionem Augusti Reifferscheid, *Bibl. patr. ital.* I, p. 52-54.

## TABVLA LXXIII

MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex C. 105 inf., fol. 185 : Josephus, *de bello judaico*, e versione antiqua, lib. VI, cap. XVI.

JOSEPPI

solius enim barbaricae immanitatis est gratis nocere ; nam et ipsae ferae ut interficiant praedam sequuntur foris, itaque poenae acervae intus immanior Johannis. Denique cum talia agerentur a Syris, etiam si aliqui revocarentur indicio comperto, transfugere tamen alii non desinebant ; inter quos mannus Lazari qui asserebat per unam portam sibi creditam centum quindecim milia mortuorum elata, additis adhuc octingentis octoginta funeribus, ex quo ipse tuendi vicem hujusmodi recepisset muneris ; idque solo eorum numero collectum qui mercede publica sepulti forent, praeter eos quos sepelierant sui. Quae autem sepultura nisi ut de muro cadavera deicerentur ? Post ipsum plerique non ignobiles viri confugientes ad Titum sescenta milia defunctorum fuisse quae per portas elata numerata sint commemorabant, eorum vero cadaverum quae propter infinitam pauperum multitudinem efferri nequiverint adque[1] in maximis domibus diversorumque operum spatiis constipa-

Josephi Historia latine versa semiuncialibus litteris scripta occurrit, at codex vetus, plerisque foliis amissis, octavo circiter saeculo novo scribendi genere completus est.

1. Corr. *atque*.

Quaterniones in angulo dextro ultimae paginae signati erant ; sic legitur XXXVIIII, linea superducta (fol. 197 v°). Puncta ad versus dirigendos in intercolumnio apparent.

Tituli *Ioseppi* in versis, *lib. V*, etc., in rectis foliis saepe leguntur.

Cf. *Palaeogr. Soc.*, ser. 1ª, tab. 138, ubi folium 145 libri hujus Bobiensis repraesentatur.

Formae litterarum pleraeque adhuc optimae, tamen *a* majore tractu quasi hasta terminatur, *n* linea media male posita jam pessumdatur, unde non injuria quidam dubitaverunt utrum sexto an septimo saeculo ea scriptura esset tribuenda.

## TABVLA LXXIV

1° AUGUSTODUNI. Seminarii magni codex n° 24, fol. 78 : Cassianus, *Institutiones*, lib. VI, 18-19 [p. 125, 16-28 editionis a Michaele Petschenig datae in Corp. script. eccl. vol. XVII, Vindob. 1888].

hujus insederit et pos-
sibile quidem integrita-
tem sine scientia repper-
iri. Impossibile vero sci-
entiam spiritalem sine
integritatis castimoni-
a possideri, quia et diver-
sa sunt dona et non om-
nibus una gratia spiritus sancti
tribuitur, sed ad quam
se unusquisque studio vel
industria sua dignum ap-
tumque praebuerit.
Denique cum in omnibus
apostolis sanctis virtus in-
tegritatis perfecta fu-
isse credatur, abundan-
tius tamen scientiae donum
exuberavit in Paulo,
quia se ad hanc aptum

sollerti studio atque in-
dustria praeparavit.
XVIIII. Fertur *sancti* Basil[i]i Cæ-
sariensis episcopi districta sententia : et mulierem ignoro et virgo non sum ; in tantum intellexit incorruptionem carnis

2° Ejusdem codicis fol. 98 *bis* : Cassianus, *Inst.* VII, 17 [p. 141, 25-1428 editionis supradictae].

ne testatur ut lic[et prae-]
dicationem susciper[et]
gentium, pauperum tamen
qui erant Hierosolymis ne-
quaquam sollicitudinem
curamque respueret,
qui propter Christum univer-
sis rebus suis renuntian-
tes spontaneam subie-
rant egestatem :
« et cum vidissent, inquid,
« gratiam Dei quae data
« est mihi Jacobus et Che-
« phas et Johannes, qui vi-
« debantur columnae
« esse, dextras dederunt
« mihi et Barnabae soci-
« etatis, ut nos inter gen-
« tes praedicaremus ;
« ipsi autem in circum-
« cisione tantum ut pau-
« perum memores esse-
mus

Vide tabulam sequentem.

## TABVLA LXXV

1° Ejusdem codicis fol. 99 : Cassianus, *Inst.* VII, 17 [p. 142, 16-143, 2 editionis supradictae].

euangelicae satisfa-
cientes sententiae cru-
cem Domini cotidie portan-
tes nihil sibi de propriis
facultatibus superes-
se voluerunt ? cumque ipse
beatus apostolus vincu-
lis et carceribus obliga-
tus seu vexatione itine-
ris inpeditus et ob hæc
consuetam victus sub-
stantiam parare, ut
erat solitus, suis manibus
non occurrens a fra-
tibus se, qui de Mace-
donia venerant, supple-
mentum suae necessita-
tis adserit accepisse :
« Nam quod mihi, inquid,
« deerat suppleverunt
« fratres qui venerunt
« a Macedonia

2° Ejusdem codicis fol. 110 v° : Cassianus, *Inst.* VII, 31 [p. 149, 3-10 edit. supradictae].

mittimur implere,
sed ne sub institutio-
nis quidem regula
permanere, nisi pri-
us patientiae virtus,
quae non aliunde
quam de humilita-
tis fonte procedit, in

nobis fuerit firma
soliditate fundata;
illa namque nulli
commotiones no-
vit inferre, haec
vero inlatas sibi
magnanimiter to-
lerare.
Explicit de spiritu filargy-
riae.
Incipit de spiritu irae.
[Quaternio] XVI.

*In ima pagina* : Memor nostri, *sancte* Benigne[1].

Praeter Michaelem Petschenig (ed. cit. p. XVII-XVIII) vide L. Delisle, *Bibl. de l'École des Chartes*, 1898, p. 383 sqq. et ea quae supra ad tab. LXI diximus.

Exeunte sexto saeculo codex scriptus videtur, cum formae litterarum optimae perstent, nisi quod N T ligatae in mediis versibus inveniuntur. Animadversione dignum est numerum versuum variare a 22 usque ad 28, quod documento sit ne philologi de amissis archetypis conjecturas temere adstruant.

1. De scriptura priore quid legi possit edidimus in Gai quarta editione a P. Krueger et G. Studemund curata (Berol. Weidmann, 1899), p. XLVI-XLVII.

# SEPTIMUM SAECULUM

Hoc saeculo hastae in *b*, *d*, *h*, *l*, caudae in *p*, *q* appendicibus ornari incipiunt. Litterae *m* crus medium vel etiam primum non in rectam desinit lineam, *u* non rotundo tractu sed lineola eum praecedente saepe oritur. At non ea omnia in uno libro semper occurrunt.

Compendia adhuc rara; nunquam, nisi per ultima saeculi decennia, in mediis versibus lineolam pro *m* vel *n* suppressa inveneris. Orthographiae respectus adhuc satis observatur, quem octavo appropinquante saeculo scribae ignorabunt.

## TABVLA LXXVI

GANDAVI in Belgica. Bibliothecae Universitatis codex n° 246, fol. 97: Hieronymus, *Epist.* 147 (al. 48), 1 [Migne, XXII, 1195 sq.].

inpaenitens thensaurizas tibi iram [in
die ire; an idcirco induratur juxta [Pha-
raonem cor tuum quia non statim [per-
cuteris et differeris ad poena diu ? et [ille
dilatus est, et decem plagas non qua[si ab
irato Deo, sed quasi a patre commone[nte
suptinuit, donec in perversum acta [pae-
nitentia populum quem dimiserat [per
deserta sequeretur et ingredi aude[ret
maria, per quae vel sola doceri potu[it,
timori habendum eum cui etiam el[emen-
ta serviunt. Dixerat e[t] ille: non novi [Dominum

neque dimitto Israel ; quem tu imitans l[oqueris : visio quam hic videt in dies long[os est et in tempora longa iste prophetat. [Propter quod dicit Adonai Dominus : non prol[ongabunt amplius omnes sermones mei, [quocumque loquor, quia loquar verbum, [et faciam. Sanctus David de impiis et de scel[estis, quorum tu non pars modica, sed pri[nceps es quod saeculi felicitate fruerent[ur et dicerent: quomodo cognovit Deus, [et si est scientia in excelso ? Ecce isti pecca[tores et abundantes in saeculo obtin[uerunt divitias ; penae lapso pede et fl[uctuanti vestigio causabatur dicens : [ergo

Duo tantum veteris hujus textus folia supersunt, in fine voluminis adsuta, quod olim ad Sanctum Petrum Gandavensem pertinuit, Parisios advectum est Napoleone I imperante et Gandavensibus an. 1816, April. 20, restitutum est.

Omnes Belgicae manuscriptos libros antiquitate vincere videtur fragmentum illud Hieronymi[1].

## TABVLA LXXVII

AUGUSTODUNI in Burgundia. Seminarii magni codex n° 107, fol. 70 v° : Augustinus *in Psalmum CXLIV*, cap. 10 [ed. Gaume, IV, 2302].

DE PSALMO

et justificati sumus ; nemo quasi Deo
tribuat quia est, et sibi tribuat

1. Nam Orosii fragmenta uncialia (olim S. Remacli in Stabulaus) quorum schedas duas Bibliotheca regia Bruxellensis (cod. 19609), septem Museum Britannicum (Add. 24 144), unam Bibliotheca patria Gallica (ms. lat. 10399, fol. 3) possidet, tres nunc amissas Pertz an. 1826 viderat (cf. Archiv. VII, 1839, p. 34), non ante octavum ineuns saeculum scripta mihi videntur. Imaginem vide in *Bull. de l'Acad. de Belgique*, 1849, 2, p. 552, vel in *Catalogue of ancient mss in Brit. Mus.*, Latin, pl. 6. — Alterum Gandavi fragmentum (n° 254) quod sexti saeculi in Catalogo dicitur (olim Codex S. Martini super litus Moselle) hibernica manu circa octavum saeculum scriptum est.

quia justus est; melius est enim quod
tibi vis tribuere quam quod illi, me-
lius enim aliquid es quia justus es
quam quia homo es(t). Inferius ali-
quid das Deo et superius tibi. Totum il-
li da, in toto ipsum lauda; non cadas
de manu artificis. Ut esses quid fecit?
Nonne scribtum est quia sumsit Deus
limum de terra et formavit homi-
nem? antequam homo esses limus
eras, antequam limus esses nihil
eras, sed non de isto solo figmento
gratias agas artifici tuo. Audi aliud
ejus figmentum ubi te fecit : non ex
operibus, ait, ne forte quis extolla-
tur; sed quid dixit? Non ex operibus
ne forte quis extollatur; superius
quid conmemoravit? gratia sal-
vi facti estis per fidem, et hoc non
ex vobis; apostoli verba sunt, non
mea : gratia salvi facti estis per fi-
dem, et hoc, ut salvi essetis per fidem

IN NOMINE DomiNI MANEFRICDA.

Commentaria in Psalmos 141-149 continet is codex, a quo avulsa duo folia, olim in Ashburnhamiana (cf. *Palaeogr. Society*, ser. 2ª, pl. IX) nunc Parisiis in patria bibliotheca, Nov. acq. lat. 1629 (fol. 15-16) conservantur; vide Leopoldum Delisle, *Bibl. de l'École des Chartes*, LIX, 1898, p. 382 sq. (vel separatim : Les vols de Libri au séminaire d'Autun, p. 6-7, ubi tabula III folium codicis 60^um^ phototypica arte expressum affert)[1].

Praeter notam hic allatam, ubi nomen Manefricda occurrit, alias probationes pennae modo cursorio nonnullis paginis apposuit quidam merovingicus scriba, e. g. : « Si deus est animus nobis ut carmina dicunt Ic tibi precipue », id est initium Catonis philosophi; « aspice, Deus, de supernis edidbus

1. Fragmentum saec. X scriptum quod tegumenti instar librum protegit tractum est ex Josepho, *Antiq. jud.*, XVI, 13.

quos Teudefrec », « Virg[ilius] : Cumque cupis perduc vitam », etc.

## TABVLA LXXVIII

BEROLINI. Bibliothecae regiae codex lat. 159 (inter Phillipicos 1761), fol. 61 v°: *Lex Romana Visigothorum* [ed. Haenel, p. 100-102].

committendum sed usq*ue* ad perfectam aetatem
omni integritate serventur in reliquis reb*us* proficiente diligentia, nam si minores ejus facultates
sunt ut non sit patrimonium illis et tantummodo
substantia in reb*us* movilib*us* invenitur, sciant
tutores sibi esse permissum ut vendere praesumant
movilia et agros conparare ut minorib*us* in ea parte prospiciant. Si vero non est ejusmodi substantia
unde praedium comparetur hanc jubentur habere diligentiam ut pecunia colligatur et conpendiis usurarum aut quib*us*libet aliis reb*us* commodum
ut illis adquirant, aut si forte tenuitas substantiae
erit, exinde salva re pupillis substantia ministretur, et si ita egerint, a tutore pupillus non erit
quaesiturus usuram.

Explic*it* lib*er* III. Incip*it* lib*er* IIII.

I. Tit*ulus* de cretione vel bonorum possessione.

Impp. Theudo*sius* et Valenti*nianus* AA. ad senatum. Post alia : pa
aliqua ex parte minorem esse matrib*us* non sinemus ; nam cum etiam infantis filii morientis mater bonorum solacia consequatur, cur de aetate ejus pater graves patiatur tendiculas non videmus, et cum legitima successio non modo in matre verum etiam in successorib*us* longius constitutis, non bonorum possessionis petitione, non cretionis sollemnitate cogitur custodire qualicumq*ue* contenta aditae vel adeundae heredi-

Codicem ex ecclesia Lugdunensi tractum, olim Claromontanum (in collegio Parisiensi S. J. nº 614), postea Mermanni 599, Middlehillanum 1761, a Cheltenhamo cum multis aliis Thomae Phillipps codicibus acquisivit Bibliotheca regia Berolinensis et descripsit Valentinus Rose.

Multa de eo apud Guilelmum Haenel, op. l. p. XLIII sqq. ubi dimidia pagina delineata est.

Quaterniones in angulo dextro ultimae paginae numerantur : III (fol. 8 vº), XIII (fol. 84 vº), XIIII (92 vº), XV (100 vº), ... XLI (304 vº).

Nonnulla manus merovingica cursim addidit, e. g. (fol. 97 vº) : « Hic de jure addendum quae sit poena sacrilegii ».

## TABVLA LXXIX

ROMAE. Bibliothecae Vaticanae codex lat. Regin. 267, fol. 157 : Fulgentius, *ad Trasimundum regem Vandalorum*, lib. III, c. 5-6 [Migne, LXV, 272 sq.].

Hic verus Deus et vita aeterna, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se aequalem Deo semetipsum exinanivit, formam servi accipiens ; aequalitatem enim Dei veri Deus verus non rapuit quam unitate naturali sempiternus cum genitore possedit. Idcirco unigenitus Dei filius, etiam quando formam servi accipiens semetipsum exinanivit, plenus gratiae veritatisque permansit. Videmus, inquit Johannes, gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae [et] veritatis. Hoc est utique quod in uno eodemque semetipsum exinaniente et pleno gratiae [et] veritatis, accepta servi forma veritatem voluntariae prorsus exinanitionis ostendit. In quo aeterna permanens Dei forma plenitudinem gratiae veritatisque monstravit.

Quae est igitur illa unigeniti exinanitio, nisi accepta passibilis et mortalis humanitas Christi ? quae autem est unigeniti plenitudo nisi permanens

inpassibilis atque inmortalis divinitas Chri*s*ti ? In quo
perfectus homo plenus est gratiae et in quo per-
fectus D*e*us plenus est veritatis, quod procul dubio
plenitudinis nomen, ut divinitatis esse monstre-
tur, apostolum de Chri*s*to loquentem pariter audia-
mus : quia in ipso inhabitat omnis plenitudo di-
vinitatis corporaliter et estis in illo repleti.
Quae autem sit quae in Chri*s*to inhabitat plenitudo
divinitatis Johannes ostendat : Verbum, inquit,
caro factum est, et habitavit in nobis. De ista ple-
nitudine Baptista Johannes nos asserit accepisse
dicens : et de plenitudine ejus nos omnes accepimus
et gratiam pro gratia.
Unus igitur idemque Chri*s*tus Dei et hominis filius qui et
semetipsum exinanivit et plus gratiae verita-
tisque permansit

In margine scriptum est : « equali*s* », nota tironiana *Paulus*, deinde « Nota », postea notae tironianae *Paulus — human(um) plenum gratie. — Paulus — Verbum karo.*

Codex olim monasterii S. Benedicti Floriacensis, in quo fortasse recens condito (i. e. circa annum 650) scriptus, deinde in possessionem monasterii S. Martialis Lemovicensis transiit, Vide supra tab. XXX paginam uncialiter scriptam.

## TABVLA LXXX

1° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 169 (in novo catal. 192), fol. 53 v°- 54 : Origenes *in Leviticum*, Rufino interprete, *homilia* V, 12 [Migne, Patr. graeca latine tantum edita, IX, 391 C] et *homilia* VI, 3 [ibid., 397 B-C].

*Pars sinistra.*

sunt singula] ista quae scribuntur in lege eo-
rum quae in ec]clesia geri debent; alioquin
nec fuisset nece]ssarium legi haec in ecclesia
nisi ex his aedifi]catio aliqua audientibus prae-
beretur. Si er]go sacerdos ecclesiae per ver-

ba et doctrin]am et multam sollicitudinem suam et labor[em vigiliarum convertere potuerit pecc]atorem et docere eum ut meliorem via]m sequatur, ad timorem Dei redeat, cogitet sp]em futuram, a malis actibus desinat et convert]atur ad bonos; si inquam tale opus fecerit, con]sequens est eum qui ipsius labore salvatur Deo g]ratias agere et offerre hostiam salutaris p]ro eo quod salutem consecutus sit. In qua hostia p]ars efficitur sacerdotis, pectusculum et bra]cchium dextrum, ut sit indicium quod pect]us ejus et cor, quod ante mala cogitabat, sacerdotis] labore conversum, recepit cogitationes bon]as et ita mundatum est ut etiam Deum possit vi]dere. Similiter et in bracc[h]io illo indicium est] quod mala ejus opera et sinistra quae sunt] utique prava et non bona convertit in dextra u]t esset secundum Deum, et hoc est dextrum bracc]hium in quo pars esse dicitur sacerdotis. Sed et vo]s depraecamur qui haec

*Pars dextra.*

tifex ille quem tunc ordin[abat Moyses, quia esset circumcisio spiritalis, s[ervabat tamen et circumcisionem carnis, quia i[ncircumcisus pontifex esse non poterat. H[abebat ergo iste duas tunicas, unam mysterii c[arnalis et aliam intellegentiae spiritalis. Scieb[at quia et sacrificia spiritalia offerri debent [Deo, offerebat tamen nihilhominus et carna[lia. Non enim poterat esse pontifex eorum q[ui tunc erant nisi hostias immolaret. Ita er[go convenienter ille pontifex duabus indutus t[unicis dicitur; apostoli vero qui dicturi era[nt : quia si circumcidamini, Christus vobis nihil prode[rit, et qui dicturi erant, quia nemo nos judice[t in cibo aut in potu aut in parte diei festi [aut neomenia aut sabbato quae sunt umbr[a futurorum; isti ergo hujusmodi secundu[m litteram legis observantias penitus repud[iarent nec occuparent discipulos Judaicis f[abulis et imponerent eis jugum quod neque [ipsi neque patres eorum portare potuerun[t, merito duas tunicas habere prohibentur.

2° LUGDUNI BATAVORUM. Bibliothecae Universitatis codex 88 A, fol 1v° -2 r° : Origenes *in Leviticum homilia* VII, [Migne, Patr. graeca latine tantum edita, IX, 405 A] et VII [ibid. 413 B-C].

*Pars sinistra.*

Videamus nunc] quomodo salvator noster
non bibit vinu]m usquequo bibat illud cum *sanc*tis
novum in reg]no Dei, Salvator meus luget etiam
nunc peccata] mea, salvator meus laetari non
potest donec] ego in iniquitate permaneo ; qua-
re non potest ?] quia ipse est advocatus pro pec-
catis nostris] aput patrem sicut Johannis sim-
mysta ejus prae]nuntiat dicens quia et si quis pe c-
caverit, advo]catum habemus aput patrem
Jhesum Christu]m, et ipse est repropitiatio pro
peccatis nostr]is. Quomodo ergo potest ille *qui*
advocatus est] pro peccatis meis bibire vinu*m*
laetitae, que]m ego peccando contristo ? quo
modo potest is]te qui accedit ad altare ut pro-

*Pars dextra.*

ritate apostolica adque [euangelica compro-
batis, videamus quomodo un[usquisque hominum
vel mundus vel inmundus possi[t ostendi. Omnis
homo habet aliquem cibum quem [accedenti ad
se proximo prebeat ; non enim pot[est fieri ut cum
accesserimus ad invicem nos hom[ines et conse-
ruerimus sermonem non aliquem [vel per respon-
sionem vel ex interrogatione v[el per aliquem
gestum aut capiamus inter nos g[ustum aut prae-
beamus. Et si quidem mundus hom[o est et bonae
mentis his, de quo gustum capimu[s, mundum sumi-
mus cibum ; si vero inmundus sit q[uem contingi-
mus, inmundum cibum, secundum [ea quae supra
dicta sunt, sumpsimus. Et propter[ea puto...

Unius codicis quondam Floriacensis fragmenta Aurelianensia Leidensiaque esse patet. Foliorum decem in priore, duorum in Vossiano similiter mutilorum reliquias habemus[1].

1. Vid. *Journal des Savants*, mai 1902.

Fragmentum Vossianum initium tantum et finem quaternionis noni servavit, cum in fol. 2 v° legatur numerus VIIII, angulo dextro imae paginae appositus. Facile est computare paginas singulas olim circiter 38 versus habuisse et ejus fere magnitudinis fuisse qua constat codex Vaticanus tabulae sequentis.

Fragmentum Aurelianense, auctore quidem non agnito, descripserat Samuel Brandt, *Sitzungsb. d. Wiener Akad.* t. CX, 1886, p. 167.

## TABVLA LXXXI

ROMAE. Bibliothecae Vaticanae codex lat. Vatic. 3375, fol. 35 v° : Eugippius, *Excerpta ex operibus Augustini* XIV (29) [p. 150, 14-152, 4 editionis a P. Knoell datae in Corp. script. eccl. vol. IX, Vindob. 1885].

qualemque vesperam et mane fecerit remotum est a sensibus nostris nec ita ut est intellegi a nobis potest, quod tamen sine ulla haesitatione credendum est ; aut enim aliqua lux corporea est, sive in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris, sive unde sol post modum accensus est, aut lucis nomine significata est sancta civitas in sanctis angelis et spiritibus beatis. De qua dicit apostolus : quae sursum est Hierusalem mater nostra aeterna in caelis ; ait quippe et alio loco : Omnes enim vos filii lucis estis et filii diei, non sumus noctis neque tenebrarum, si tamen et vesperam die hujus et mane aliquatenus congruenter intellegere valeamus, quoniam scientiae creaturae in comparationem scientiae creatoris quodammodo vesperascit ; itemque lucescit et mane fit cum et ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris nec in noctem vergitur ubi non creator creaturae dilectione relinquitur ; denique scribtura cum illos dies dinumeraret ex ordine, nusquam interposuit vocabulum noctis ; non enim, ait alicubi, facta est nox sed facta est vespera et factum est mane dies unus, ita dies secundus et ceteri. Cognitio quippe creaturae in se ipsa decoloratior est, ut ita dicam, quam in Dei sapientia cognoscitur velut in arte qua facta est, ideo vespera quae nox congruentius dici potest quae tamen, ut dixi, cum ad laudandum et amandum refertur creatorem recurrit in mane, et hoc

cum facit in cognitione sui ipsius dies unus est; cum in eo cognitionem firmamenti quod inter aquas inferiores et superiores caelum appellatum est dies secundus. Cum in cognitionem terrae ac maris omniumque gignentium quae radicibus continuata sunt terrae dies tertius; cum in cognitione luminarium majoris et minoris omniumque siderum dies quartus; cum in cognitione omnium ex aquis animalium natatilium atque volatilium dies quintus; cum in cognitione omnium animalium terrenorum atque ipsius hominis dies sextus. Cum vero in die septimo requiescit Deus ab omnibus operibus suis et *sanc*tificat eum, nequaquam est accipiendum pueriliter tamquam Deus laboraverit operando qui dixit et facta sunt verbo intellegibili et sempiterno non sonabili et temporali requies Dei requiem significat eorum qui requiescunt in Deo sicut laetitia domus laetitiam significat eorum qui laetantur in domo etiam si non eos domus ipsa sed alia res aliqua laetos facit. Quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat laetos habitatores, ut non solum eo loquendi modo laeta dicatur quo significamus per id quod continet id quod continetur sicut theatra plaudunt, prata mugiunt, cum.

In margine notae : lege feliciter || et pulchre || tibi manifes- || tatur. — optime || *quo* modo || requieve || rit *Deus* — tropice.

Codicem quem vetus possessor Fulvius Orsinus « antico piu di mille anni » reputabat, unde traxerit ignoratur, at genus scripturae ab eo quod tabulae duae praecedentes praebent paulo differt.

De eo egerunt Angelus Mai, *Patrum nova bibliotheca* I, 2, p. 134 ; Aug. Reifferscheid, *Bibl. patr. Italica*, I, p. 499 ; Pius Knoell, loc. l., p.I-X.

Quaterniones in angulo dextro imi marginis numerati sunt.

## TABVLA LXXXII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 12214 (in Armario XIII, 110), fol. 74 v° : Augustinus *de civitate Dei*, lib. I, 29-[II, 1 [p. 108, 19-109, 13 editionis ab Emanuele Hoffmann datae in Corp. script. eccl. vol. XL, Vindob. 1899].

DE CIVITATE Dei

Incomparabiliter super-
na est civitas clarior,
ubi victoria veritas,
ubi dignitas sanctitas, ubi
pax felicitas, ubi vita
aeternitas. Multo mi-
nus habet in sua socie-
tate tales deos, si tu in
tua tales homines ha-
bere erubuisti; proin-
de si ad beatam per-[1]
venire desideras ci-
vitatem, devita dae-
monum societatem. In-
digne[2] ab hostis[3] colun-
tur qui per turpes
placantur. Sic isti a tua
pietate removean-
tur purgatione Christi-
ana quomodo illi a tua
dignitate remoti sunt
notatione censoria.
De bonis autem carna-
libus, quibus solis mali
perfrui volunt, et de
malis carnalibus, quae
sola perpeti nolunt,
quod neque in his ha-
beant quam putan-
tur habere isti daemo-
nes potestatem (quam-
quam si haberent, de-
beremus potius etiam
ista contem(p)nere
quam propter ista
illos colere et eos colen-
do ad illa quae nobis
invident pervenire
non posse), tamen nec
in istis eos hoc valere
quod hi(i) putant, qui
propter haec eos coli
oportere contendunt,
deinceps videvimus[4],
ut hic sit hujus volu-
minis modus.

*Contuli.*

AUR*elii* AUGUSTINI EPI*scopi*
CONTRA PAGANUS[5]
DE CIVITATE DEI FINIT
LIBER II. INC*ipit* liber III

Jam satis dictum arbi-
tror de morum malis
et animorum quae
praecipue cavenda sunt;
nihil deos falsos populo
cultori suo quominus

In margine, eadem scriptura currente qua « Contuli » appositum est, nota : Supernae civi | tatis claritas.

1. Prius fuit *pre*.
2. Corr. *indigni*.
3. Corr. *honestis*.
4. Corr. *videbimus*.
5. Corr. *paganos*.

Codex olim Corbeiensis, deinde in bibliotheca S. Germani a Pratis (n°766) Parisiensi servatus, de quo audiendi Benedictini (*Nouv. traité*, III, p. 161); comes de Bastard, *Peintures et ornements des mss.*, pl. 5; Leop. Delisle, *Cabinet des mss.*, pl. VI, n° 1.

Jam appendiculis hastae litterarum *d*, *h*, etc., atque caudae litterarum *p*, *q* ornari incipiunt; N ipsa non adeo pura videtur, *m* vel in primo vel in secundo crure quasi in base requiescit; jam apparet mendum sollemne medii aevi « hii » pro « hi »; quamobrem saeculum sextum, quod vulgo agnoscunt, ei codici tribuere non ausim.

## TABVLA LXXXIII

MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex E. 147, sup., pag. 409 (sive XXXVIII) : *Acta Concilii Chalcedonensis*, Actio undecima [ed. Mansi, VII, 283-286].

qui illo tempore fuit in civitate in qua ordinatus sum Theodosiupolis in ea degeba*m*.
Mandaverunt mihi clerici ejusdem civ*itatis*
Ephesi : veni hic ut regulariter ordinatione suscipiat civitas, q*uoni*am dur[miv]it
s*anct*ae memoriae Basilius qui fuit ep*iscopus*. Ego vero has litteras accipiens adveni, credens quia et alii rev*erendissimi* ep*iscop*i vocarentur ;
ante tres autem dies quam egressus essem ecclesiam ut is intronizaretur, cum adplicassem in quodam hospitio sustinebam etiam rev*erendissimos* ep*iscop*os ut regulariter secundum more ordinatio proveniret.
Ut ergo primam et secundam et tertiam sustinui diem in hospitio et alter nullus reverentissimorum est inventus ep*iscopus*, dicebam solus ego : quid possum efficere ? q*uoni*am extra subtilitate canonum est solu*m* ep*iscopum* disponere ecclesiam et maxime

tantae metropolis. Cum ergo haec loquerer mecum, circumdedit mansionem, in qua eram, innumera multitudo, novi enim quo consisto, coram tanta potestate et coram altarem quidam e-
nudans gladium, Olosericus nomine qui puto comitianus est, venit et ipse et omnis multitudo et portantes me profecti sunt in ecclesiam, et ita cum

Notissimus est is codex rescriptus, cujus altera parte constat cod. Vat. lat. 5750. Inde Angelus Mai Frontonem, Symmachum, Ciceronis scholiasten, etc. publici juris fecit.

Abluta diversorum librorum scriptura, exarata sunt Acta conciliorum (vide Reifferscheid, *Bibl. patr. ital.*, II, p. 22-25) a pluribus Bobiensis coenobii scribis. Specimen Zangemeister et Wattenbach (*Exempl.* 31) valde diversum a tabula nostra ediderunt.

## TABVLA LXXXIV

MEDIOLANI. Bibliothecae Ambrosianae codex S. 45, sup., pag. 12 : Hieronymus, *Commentarii in Isaiam* XII, 41 [Migne, XXIV, 416 B-D].

et ingressus est prius corda durissima; et recte pauci appellantur || ex Isr*a*el, quia ad conparationem omnium gentis Judaicae paucissimi || credederunt, quibus in euangelio Dom*i*nus loquitur : Noli timere grex || parvulus, sive juxta hebraicum : mortui ex Isr*a*el, qui cum apostolo di- || cunt : cotidie morimur ; et alibi : cum Christo crucifixus sum, vivo autem non || ego, vivit vero in me Chr*i*stus. Quodq*ue* sequitur : ego posui te quasi plaustr*u*m || tritorans novum, habens rostra serrantia ; hoc significat quod prae- || dicatio euangelica conterat adversarias potestates et spiritalem || nequitiam elevantem se contra scientiam Dei ; qui pro varietate su- || perbiae montes appellantur et colles ; illisq*ue* sublatis et turbinis || more dispersis, exultet Isr*a*el atq*ue* laetitur in Dom*i*no s*a*nc*t*o Isr*a*el. Possumus quo- || q*ue* dicere quod ecclesiasticus vir habens euangelicae praedicationis || rostra serrantia in plaustro novo, quod nequaquam operatur in || vetustate

litt(a)erae sed in novitate spiritus conterat incredolorum cor- || da durissima, separans triticum a paleis et montes collesque commi- || nuens id est omnes hereticorum principes, qui comminuti atque contri- || ti redicantur in pulverem et nihili esse doceantur ut qui male || fuerant congregati dividantur in bonum suum. Egini et pauperes quae- || runt aquas et non sunt ; lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam || eos, Deus Israel non derelinquam illos ; aperiam in supinis collibus flumina || et in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum || et terram inviam in rivos aquarum. Dabo in solitudine cedrum et || spinam et myrtum et lignum olivae. Ponam in deserto abietem, || ( ) ulmum et buxum ; et videant et sciant et recogitent et intelligant || pariter quia manus Domini fecit hoc, et sanctus Israel creavit illud. || LXX. Et exultabunt pauperes et inopes ; quaerunt enim aquam et non || erit ; lingua eorum prae siti exaruit. Ego Dominus Deus exaudiam Deus Israel || et non derelinquam eos, sed aperiam in montibus flumina et in medio cam- || porum

Olim « liber sancti Columbani 87 de Bobio », inscriptus est in fronte : « liber de arca domno Atalani » vel « Atagani ».

Inde Ulphilae partis ineditae specimen eruit Angelus Mai (Mediolani, 1819).

Quid contineat codex enumeravit Aug. Reifferscheid, *Bibl. patr. Italica*, II, p. 41-43.

## TABVLA LXXXV

Ejusdem codicis pag. 112 : Hieronymus, *Commentarii in Isaiam*, lib. XV, cap. 55 [Migne, XXIV, 534 sq.]

et filio longo pos tempore revertenti laetus occurrit. Quamobrem sanctus in psalmo canit : mihi || autem haerere Deo bonum est. Et Moses solus adpropinquabat ad Dominum. Et per Hieremiam loqui- || tur Deus : ego Deus adpropinquans et non de longe. Adpropinquans eis qui mihi adpropinquant fide et lon- || ge recedens ab his qui a me procul, infidelitate discedunt ; propteria dicitur ad credentes adpropinqu- || ate Deo et adpropinquabit vobis ; ac ne hoc putaremus posse sufficere, statim jungit : resistite diabulo || et fugiet a vobis. De quo supra dixerat : adversarius vester diabulus sicut laeo circumiens quaeret || quem devoret, adversum quem resistite confor-

tati fide. Nec satis est quaerere Dominum et dum pae- || nitentiae tempus est, invenire adque invocare eum dum prope est, nisi reliqueret impius vias sua- || s pristinas et cogitationes antiquas quibus a Domino declinaverat. Tunc enim revertimur ad Dominum qui || miseribitur nostri, et ad clementissimum patrem qui multus est misericordis et facilis ad ignoscen- || dum cum cogitationes et vias pristinas relinquerimus ut postea mereamur audire : beati || quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Non enim cogitationes || meae ut cogitationes vestrae, neque viae vestrae ut viae meae, dicet Dominus. Sicut enim exal- || tantur caeli a terra sic exaltatae sunt viae meae a viis vestris et cogitationes meae || a cogitationibus vestris. LXX. Neque enim sunt cogitationes meae sicut cogitationes vestr || ae, nec sicut viae meae, viae vestrae ; sed quantum distat caelum a terra, tantum distat || via mea a viis vestris, et cogitationes vestrae a cogitatione mea. Ne putetis, inquid, || difficile esse quod spondeo et vobis incredibile videatur impium et iniquum posse salvari vel po- || pulum Judaeorum vel omnes qui in gentibus nesciebant Deum, hoc considerate quod multa inter me- || a vestraque consilia sit differentia, et quanta naturae tanta voluntatis diversitas. Multae || enim cogitationes in corde viri, consilium autem Domini in sempiternum manet. Vos ut homines sepe || promisi paenitet et veterem voluntatem novella voluntate subvertitis. Dominus enim dissipat con- || silia gentium et reprobat cogitationes populorum et irritas facit voluntatis principum. Cogi- || tationes autem cordis ejus a generatione in generationem, et quidquid decreverit, non potest || immutare. Vultis scire diversitatem mei vestrique consilii ? Quantum caelum loci distat a ter- || ra et aliut angelorum aliut hominum habitaculum est, tantum meae cogitationes a vestris || consiliis separantur. De meis enim cogitationibus dicitur : Inscrutabilia judicia ejus et investi- || gabiles viae illius. Porro de vestris : Cogitaverunt consilium quod non potuerunt stabilire. || Et in alio loco : Quodcumque inieritis consilium dissipabitur, et quidquid locuti fueritis, non per- || manebit in vobis. Perspicua interpretatione non indigent, idcirco stringuntur potius quam || disseruntur. Et quomodo discendit imber et nix de caelo et illuc ultra non revertitur, || sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit, et dat semen serenti et panem || comedenti, sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non revertitur ad me vacuum sed fa- || ciet quaecumque volui et prosperabitur in his ad que misi illud. LXX. Quomodo si dis- || cendat pluvia aut nix de caelo, et non revertatur donec inebriet terram et generet et || oriatur et det semen seminanti et panem ad comedendum, sic erit verbum meum quod || exierit de ori meo, non revertatur donec compleat quae volui et prosperas faciam || vias tuas et praecepta mea. Pendent ex

superioribus quae dicuntur et brevi- || ter hic sensus est : non sit incredulus populus nationum.

[*Quaternio*] I.

## TABVLA LXXXVI

VERONAE. Bibliothecae Capituli codex LIII, 51, fol. 178 v° : Facundus episcopus Hermianensis, *pro defensione trium capitulorum concilii Chalcedonensis*, lib. VI, 5 [Migne, LXVII, 674 B-D].

LIBER

et cujus nisi ab eis dissimularet argueretur exemplo ?
aud numquid ideo rev*erend*um Ibam non debuit absolvere
et episcopatum ei et ecclesiam restituere de qua per
Eutychis factionem injuste et absens erat expulsus,
quia falsus erat in persona beati Cyrilli, ut eum aliquando putaret errasse, cujus fidem non solum sciens post unitionem cum orientalib*us* factam, ver*um*
etiam ante unitionem nesciens approbavit ? sed
non oportuit, inquiunt, ut post hanc unitionem de
beato Cyrillo talia loqueretur. Ego autem dico quia
nec ante unitionem oportuit, immo nec ante ipsam
synodum Ephesenam, quia prius int*er*rogari Cyrillus
debuit ac deinde culpari, si non satisfaceret. Sed
nunc illud quaerimus, utr*um* haec venerabilis Ibae
culpa quae, sicut jam probavimur, a synodo quoq*ue*
notata est, tanti debuerit aestimari, ut epistula ejus
pronuntiaretur haeretica, cum idem ipsius beati
Cyrilli in confessione quam ei per Paulum epi*scopum* orientales suscribendam miserant, approbaret,
licet in illis duodecim capitulis intentionem ejus
necdum intelligeret. Cognoscens magna synodus
quod sive in illis capitulis, sive in illa confessione (ne)
cui beatus Cyrillus suscribsit, eadem fides esset, nihil differre judicavit quib*us* verbis enuntiatam Cyrilli fidem Ibas approbasset, cum eum quod necessarium fuerat approbasse constaret ; unde nec aliud credidit nec credere debuit nisi quia patres
orientales, int*er* quos fuit etiam ipse Ibas aliar*um*que

provinciarum episcopi, intentionem capitulorum beati Cyrilli minus animadverterant ut ea etiam a concilio Ephe-
seno suscepta culparent
[quaternio] XVI.

In margine lemma : POST UNI | TIONE | EST LO | CUTU | S, deinde notis tironianis : *quia prius interrogari debuit | ac deinde culpari.*

Cum Facundus Justiniano librum suum an. 547 obtulerit, is codex non ante medium sextum saeculum scribi potuit, praesertim cum auctor in titutis dictus sit « beatus » vel « beatissimus » vel « sanctae memoriae episcopus ».

Quaterniones in angulo dextro imi marginis signantur. Notis tironianis saepe margines ornati sunt. Pro syllabis *er, um,* jam compendia in usu sunt, etiam in mediis versibus.

De eo egit Aug. Reifferscheid, *Bibl. patr. Italica* II, p. 54-56.

## TABVLA LXXXVII

1° VERONAE. Bibliothecae Capituli codex LIX, 57, fol. 157 : Leonis papae epistula ad Flavianum archiepiscopum Constantinopolitanum, *Epist.* XXVIII, cap. 4 [Migne, LIV, 767].

quia nativitas est mirabilis, ideo nostrae est naturae dissimilis ; qui enim verus Deus idem verus est homo, et nullum est in hanc unitatem mendacium dum ininvicem sunt et humilitas hominis et altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate ; aget enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est et carne exsequente quod carnis est, unum horum coruscat miraculis, Aliut subcumbit injuriis, et sicut verbum habet aequalitatem pater-

nae gloriae non recidit, ita caro na-
turam nostri generis non reliquid,
unus enim idemque est vere Dei filius
et vere homini filius Deus per id quod
in principio erat verbum et verbum
erat apud Deum et Deus erat verbum,
homo per id quod verbum caro fac-
tum est et habitavit in nobis Deus
per id quod omnia per ipsum facta
sunt

In margine sinistro nota tironiana : *Hic requirendum.* Eadem in dextro margine reperitur, at in tabula nostra initium solum apparet.

Quae scripta S. Athanasi, S. Cyrilli, aliorumque, quae conciliorum acta contineat is codex enumeravit Aug. Reifferscheid, *Bibl. patr. ital.* I, p. 28-35.

Scriptura ejusdem generis videtur ac praecedens : Quaterniones (vel quiniones vel seniones) in angulo dextro imi marginis signati sunt. Juxta fasciculi numerum apparet subscriptio *contuli*[1] quae non raro cultro compactoris resecta est. Notis tironianis satis obscuris margines abundant.

2° VERONAE. Bibliothecae Capituli cod. 3, pag. 12 : *Liber Regum*, I, XX, 31-38 :

omnibus enim diebus quibus Isai filius vixe-
rit super terram,
non stabilieris tu neque regnum tuum ;
itaque jam nunc mitte et adduc eum ad me
quia filius mortis est;
respondens autem Jonathan Sauli patri suo ait :
quare morietur, quid fecit?
et arripuit Saul lanceam ut percuteret eum
et intellexit Jonatan quod definitum esset
patri suo ut interficeret David.
Surrexit ergo Jonathan a mensa in ira furoris
et non comedit in die Kalendarum secunda pane.

1. In fol. 91 v°, 103 v°, 115 v°, 127 v°, 139 v°, 147 v°, 159 v°, 181 v°, 193 v°, 205 v°, eamdem subscriptionem vel ejus vestigia legi.

contristatus est enim super David eo quod
confudisset eum pater suus
cumque inluxisset mane venit Jonathan
in agrum juxta placitum David et puer
parbulus cum eo, et ait ad puerum suum :
Vade et adfer mihi sagittas quas ego jacio ;
cumque puer cucurrisset jecit aliam sagit-
tam trans puerum;
venit itaque puer ad locum jaculi quod mise-
rat Jonathan
et clamabit Jonathan post tergum pueri et ait :
ecce ibi est sagitta porro ultra te
clamabitque Jonathan post tergum pueri
et ait : festina velociter ne steteris;
collegit autem puer Jonathae sagittas et
adtulit ad dominum suum

Codicis ejus quaternio unicus superest, signatus Q. v in angulo dextro imi marginis. Pagina quaeque 28 vel 29 versus continet. Quanquam litterae mire inter se ligantur, nulla verborum compendia occurrunt. Cursorio generi proximum id genus scripturae non septimo saeculo posterius videtur.

## TABVLA LXXXVIII

ROMAE. Bibliothecae patriae e Victorio Emanuele nuncupatae cod. 2099, fol. 37 : Augustinus, *Confessiones*, VII, 21-VIII, 1-2 [p. 168, 19-171, 7 editionis a Pio Knoell datae in Corp. script. eccl. vol. XXXIII, Vindob. 1896].

sicut supplicium ; haec mihi inviscerabantur miris modis cum minimum apos- || tolorum tuorum legerem, et consideraveram opera tua et expaveram.
EXPLiCit LIBer VII CONFESSIONUM. INCiPit LIBer VIII EIUSDEM. DeuS MEUS, RECORDER IN GRATIARUM ACTIONE TIBI ET CONFITEAR MISERICORDIAS || tuas super me ; perfundantur ossa mea dilectione tua et dicant : Domine quis simi- || lis tibi ? dirrupisti vincula mea, sacrificem tibi sacrificium laudis. Quomodo dir- || rupisti ea, narrabo, et dicent omnes qui adorant te cum audiunt haec : be- || nedic-

tus Dominus in caelo et in terra, magnum et mirabile nomen ejus. Inhaese- || rant praecordiis meis verba tua et undique circumvallabar abs te ; de vita tua || aeterna certus eram quamvis ea in enigmate et quasi per speculum videram ; || dubitatio tamen omnis de incorruptibili substantia ablata mihi erat, nec || certior de te sed stabilior in te esse cupiebam. De mea vero temporali vita || nutabant omnia et mundandum erat cor a fermento veteri, et placebat || via ipse salvator et ire per ejus angustias athuc pigebat ; et inmisisti in men- || tem meam visumque est bonum in conspectu meo pergere ad Simplicianum qui || mihi bonus apparebat servus tuus et lucebat in eo gratia tua. Audieram etiam || quod a juventute sua devotissime tibi viveret. Jam vero tunc senuerat || et longa aetate in tam bono studio sectandae vitae tuae multa expertus, || multa edoctus mihi videbatur, et vere sic erat ; undique mihi ut proferret || volebam conferenti secum aestus meos, quis esset aptus modus sic affecto, ut || ego eram, ad ambulandum in via tua. Videbam enim plenam ecclesiam et || alius sic ibat alius autem sic ; mihi autem displicebat quod agebam in saeculo, || et oneri mihi erat valde non jam inflammantibus cupiditatibus, ut solebant, spe || honoris et paecuniae ad tolerandam illam servitutem tam gravem. Jam || enim me illa non delectabant prae dulcedine tua et decore domus tuae quam || dilexi, sed athuc tenaciter alligabar ex femina, nec me prohibebat aposto- || lus conjugari quamvis exhortaretur ad melius, maxime volens omnes || homines sic esse ut ipse erat, sed ego infirmior eligebam molliorem locum || et propter hoc unum volvebar in ceteris languidus et tabescens curis mar- || cidis, quod et in aliis rebus quas nolebam pati congruere cogebar vitae con- || jugali cui deditus obstringebar. Audieram ex ore veritatis esse sphadones || qui se ipsos absciderunt propter regnum caelorum ; sed qui potest, inquit, cape- || re capiat ; vani sunt certe omnes homines quibus non inest Dei scientia, nec de || his quae videntur bona potuerunt invenire eum qui est. At ego jam non eram || in illa vanitate, transcenderam eam et contestante universa creatura || inveneram te creatorem nostrum et verbum tuum aput te Deum, tecumque unum || Deum, per quod creasti omnia. Et est aliut genus inpiorum qui cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt. In hoc quoque incideram et || dextera tua suscepit me et inde ablatum posuisti ubi convalescerem, quia di- || xisti homini : ecce pietas est sapientia, et : noli velle videri sapiens, quoniam || dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Et inveneram jam bonam mar- || garitam et venditis omnibus quae haberem emenda erat et dubitatam. Perrexi || ergo ad Simplicianum patrem in accipienda gratia tunc episcopi Ambrosii.

Codex usque ad annum 1870 servatus in bibliotheca Sessoriana ad ecclesiam Romanam sanctae Crucis sub n° LV. Praeter Augustini Confessiones alia Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Cassiani, Maximi Taurinensis opera continet. De eo cf. Migne XVIII, 91-92, Ang. Mai, *Patrum nov. bibliotheca* I, 20 sqq., 247 sqq., Reifferscheid, *Bibl. patr. Italica*, I, p. 115-125; Mich. Petschenig, *Cassiani ed.* (Corp. script. eccl. Vindob. Vol. XVII), p. XLV; praesertim Pium Knoell, ed. supradicta, p. V-X.

Ejusdem folia 169-176 rescripta sunt; inde fragmenta Plinii Naturalis historiae, lib. XXIV-XXV, eruit Pertz, vid. *Berichte d. Berlin. Ak.* 1853, p. 684-698.

Quaterniones in angulo dextro imi marginis numerum (q. I. fol. 8 v°, q. II, fol. 16 v°,... q. VIII, fol. 72 v°), vel litteram (*a* fol. 96 v°, *b* fol. 104 v°, etc.) ferunt. Tituli capitum uncialibus rubris plerumque exarati.

## TABVLA LXXXIX

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 2706, fol. 102 : Augustinus *de Genesi ad litteram* lib. V, 1 [p. 137, 1-14 editionis a Josepho Zycha datae in Corp. script. eccl. vol. XXVIII, Sect. III, pars 2, Vindob. 1894].

INCIPIT LIBER V GENESIS
ad litt*eram* Aureli Aug*ustini*.
« HIC EST LIBER CREATURÆ
« caeli et terrae, cum factus est diei[1], fe-
« cit D*eus* caelum et terram et omne viride
« agri, antequam esset super terram, et
« omne faenum agri antequam exortu*m*
« est; non enim pluerat super terram D*eus*
« et homo non erat qui operaretur ter-
« ram, fons autem ascendebat de terra
« et inrigabat omnem faciem terrae ».
Nunc certe firmior fit illa sententia qua
intellegitur unum diem fecisse D*eum*, un-

1. Corr. *dies*.

de jam illi sex vel septem dies unius hujus
repetitione numerari potuerint, quan-
doquidem apertius *sancta* scriptura jam di-
cit, concludens quodammodo cuncta qu*ae*
ab initio usque ad hunc locum dixerat, at-
que infert : hic est liber creaturae vel fac-
turae caeli et terrae cum factus est dies

Codex olim monasterii S. Dionysii in Francia, quod probant antiquae notae G c G + tertio decimo, V. XVII quinto decimo saeculo inscriptae, deinde Colbertinus 5150.

Quaterniones plerique in angulo dextro imi marginis, saltem usque ad numerum XL (fol. 296 v°), sequentes vero propius mediam imi marginis partem numerati sunt.

De eo vide com. de Bastard, *Peintures et ornements*, pl. XV; Zycha, op., l., p. VIII.

## TABVLA XC

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 11641 (in Armario XIII, 106), fol. 8 : Augustinus, *Epistula* 24 (al. 35), § 4-6 [ed. Goldbacher, p. 76, 18-77, 18 in Corp. script. eccl. t. XXXIIII, Vindob. 1895]. Quanquam inter Augustini opera vulgata, epistula est Paulini Nolani et Therasiae Alypio missa [ed. G. de Hartel, I, p. 17, 6-18, 6 in Corp. script. eccl. t. XXVIIII, Vindob. 1894].

voluit vindicare, ut et si diveris locis degam
ipsius pr*esbyter* censear. Sed de me ne quid ignores
scias antiquissimum peccatorem, non ita
olym de tenebris et umbra mortis eductu*m*,
sp*iritu*m aurae vitalis ausisse, nec ita olym po-
suisse in aratro manum et crucem D*omi*ni
sustulisse ; quam ut in finem perferre
valeamus orationibus tuis adjuvemur.
Accumulabitur haec meritis tuis merces,
si interventu tuo onera nostra releva-
veris. S*anctus* enim laborantem adjuvans,

quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur sicut civitas magna; et tu quidem super montem aedificata civitas es, vel accensa super candelabrum lucerna in septiformi claritate conluces, nos sub modio peccatorum delitescimus. Viseta litteris tuis, profer in lucem in qua ipse versaris, super aurea candelabra conspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt, et oleo lucernae tuae inpinguabitur caput nostrum; et accendetur fides cum de spiritu oris tui cibum mentis et lumen animae sumpserimus. Pax et gratia Dei tecum et corona justitiae tibi maneat in die illo, Domine pater merito dilectissime venerabilis et exoptatissime. Benedictos sanctitatis tuae comites et aemulatores in Domino fratres

Codex celeber cujus fasciculi singuli uno folio membranaceo quaterna folia corticea operiente constant. Ejusdem pars altera in Bibliotheca civitatis Genavensis (ubi quiniones XXIV-XXX) asservatur. Post Benedictinos (*Nouv. traité*, t. I, p. 487 et pl. III), Amatum Champollion-Figeac (*Chartes et mss. sur papyrus*, pl. XIII, XVI, XV, XV bis), Natalem de Wailly (*Élém. de paléographie*, pl. II, n° 5), Silvestre (*Pal. Univ.*, pl. 107), fuse de eodem egit Henricus Bordier in *Études paléographiques et historiques sur des papyrus du* VI^e^ *siècle*, Genève, 1866, p. 109-154.

Librum integrum ad ecclesiam Sancti Justi Narbonensem pertinuisse constat. Scriptura uncialis plerumque, semiuncialis raro occurrit. Quanquam multi, verendo codicis aspectu moti, eum sexto saeculo scriptum dixerunt, compendia syllabae *um* in mediis versibus, punctum supra Y positum et numeri quaternionum in media imi marginis parte appositi me impediunt quin eandem ante finem septimi vel principium octavi saeculi exaratum esse putem. Jam septimo Johannes Mabillon assentiebat, Bernardus Montfaucon non repugnabat.

# OCTAVUM SAECULUM

Jam appendicibus hastae caudaeque litterarum saepius ornantur, litterae *m* crus medium in lineola quasi in base non raro requiescit, *t* etiam tractu medio non rotundo sed directo, comitante perpendiculari lineola, insignitur; denique lineae pro *m* vel *n* suppressa vocali praecedenti, etiam in mediis versibus, imponuntur.

Quaterniones vulgo in media imi marginis parte notantur. Grammaticae ignorantia crescit, *e* cum *i*, *i* cum *o* confunduntur, at non in omnibus manuscriptis.

## TABVLA XCI

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 12243, fol. A : Gregorius, *Homeliae in Ezechielem* lib. I, v, 5-6 [Migne LXXVI, 822 D-823 B].

*Pars sinistra.*

Et sicut per Salomonem dicitur :
justorum semita quasi lux
splendens procedit et cres-
cit usque ad perfectum diem.
In eorum namque animum bo-
num desiderium. Adque intel-
lectus lucis intimae jam pars di-
ei est, sed quia usque ad finem
vitae in virtute proficiunt
ad perfectum diem. Tunc
veniunt quando ad regna cae-

lestia perducti, in ea luce quam desiderant. Jam minus aliquid non habebunt; sequitur : Et

> similitudo animalium aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum. Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus adque lampadibus conparatur;

quisquis enim carbonem tangit, incenditur, quia qui sancto viro adhaeret, ex ejus assiduitate visionis, usu locutionis, exemplo operis accepit ut accendatur

*Pars dextra.*

in amore veritatis, peccatorum suorum tenebras fugiat, in siderio lucis exardiscat. Et jam per verum amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum mortuus quantum frigidus jacebat. Lampades vero lucem suam longius expargunt, et cum in alio sint, in alio resplendent. Qui enim spiritu prophetiae, verbo doctrinae miraculorum pollet gratia, hunc opinio longe lateque ut lampas lucet. Et qui que bona ejus audiunt, quia per haec ad amorem caelestium surgunt, in eo quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent; quia ergo sancti viri quosdam juxta se positos quasi tangendo ad amorem patriae caelestis ascendunt, carbonis sunt; quia vero quibusdam longe positis lucent, eorum itenere, ne in peccati sui tenebras corruant, lampa-

In marginibus addita erant scriptura cursoria satis singulari[1] quaedam euangeliorum fragmenta :

[Luc. XI, 13] : nostis bona data dare filiis ve*stris* || q*uanto ma*gis pat*er* ve*ster* de caelo dabit sp*iritum* || *bonum* petentibus se.

[Johan. XVII] : *Haec locutus* || *est Jhesus* || *et leva*tis || *oculis* in || *caelum* dixit : || p*ater*, ve || *nit hora*, || *clarifica* fi || *lium tuum ut* || filius tuus || *clarificet* te || *sicut* dedisti || *ei* p*otesta*tem || *omnis car*nis || *ut omne* quod de || *disti ei* det eis || *vitam* aeternam. || *Haec est* au*tem* || *vita aeterna* || *ut cognoscant* || *te solum* deum || *verum* et quem || *misisti* Jhesum || *Christum*. Ego || *te clarifica* || *vi super terram* ; opus consummavi quod dedisti mihi || *ut faciam*. Et nunc clarifica me tu, pater, aput || *temet* ipsum, claritatem quam habui priusquam.....

*Altera pagina.*

[Johan. XVII, 6] tui erant, et mihi eos dedisti et saporem || tuum servaverunt. Et nonc cognover*unt* || quia omn*ia quae* || dedisti *mihi* || abs te *sunt*. || Quia v*erba* || *quae* dedis*ti* || mihi d*edi* || eis et *ipsi* || acceper*unt* || et cognov*e* || runt *vere quia* || a te exi*vi*. || Et cr*edide* || runt q*uia tu* || me m*isisti*. || Ego pro *eis* || rogo : *non* || pro m*ondo* ro || go sed *pro his* || quos d*edisti* || mihi q*uia tui* || sunt. *Et* || mea *omnia* || tua *sunt et* || tua m*ea* || sunt, et clarificatus sum in eis ; et j*am* || non sum in mondo et hi in mondo *sunt* || et ego ad te venio.....

Fragmenta tantum supersunt hujus codicis, nunc dispersa, tanquam tegumenta, in cod. Paris. lat. 12207, 12238, 12243. De iis in volumine ad honorem Pauli Fabre defuncti edito nuper egi. Semiuncialis scriptura satis bonae notae videtur, columna introrsus retracta quando verba sacra afferuntur, ut in vetustissimis libris.

1. Nota praesertim *e* quae nonnisi in pontificum bullis reperitur. Etiam *u* animadversione digna.

## TABVLA XCII

1° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex 169 (in novo catal. 192), fol. 19 v°: Hieronymus *in Isaiam* II, 5 [Migne XXIV, 74 C-75 A].

errorem et ignorantiam sed gloriam significat,
juxta illut quod in eodem propheta secundum quo-
rundam opinionem lecturi sumus: domus inpleta
est fumo; et Iohel de gratia sp*iritus sancti* quae descendit
super apostolos dicitur: effundam de sp*irit*u meo et
prophetabunt, et: dabo prodigia in caelo sursum
et signa in terra deorsum, sanguinem et ignem
et vaporem fumi. Id ipsum significare puto et
illud in psalmis: qui tangit montes et fumabunt.
Super omnem autem gloria protectio, et taber-
naculum erit in umbraculum diei ab aestu, et in
absconsione et in securitate a turbine et a pluvia.
Hunc locum Judaei ad anticristum referunt, quem
per [tur]binem et tempestatem significari aestimant,
quando eos D*omin*us a potentissimo abversario de-
fensurus sit; nos autem omnia referamus ad pri-
mum adventum Chr*isti*, de quo et in Psalmis legimus:
protexit me in abscondito tabernaculi sui, in pe-
tra exaltavit me; super quam fundata ecclesia
nulla tempe[state] concutitur[1]. Plurimi Judaeorum et
haec et universa, quibus ista sociata sunt, super
Babylonia captivite et Hierusalem reditu sub
Zerobabel et Ezra et Neem*i*an intellegunt.
Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei,
vineae suae.
Cantat propheta carmen lamentabile populo
Isr*a*el quod conposuit ille, de quo scribtum est in euan-
gelio: cum autem vidisset eam, haut dubium
quin Hierusalem, flevit super eam et dixit: si sci-
res et tu quae ad pacem sunt tibi, quoniam veni-
ent super te et circumdabunt tibi inimici tui mu-

1. Inter versus additur: nullo turvine ventis subvertitur.

nitiones, et vallabunt te, et prosternent te, et filios tuos. Et rursum : quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos

Unicum superest folium. Notanda linea perpendicularis qua fulcitur extremitas litterarum *f*, *p*, etiam in incipientibus *m*, *n* conspicua.

2° AURELIANI. Bibliothecae civitatis codex n° 169 (nunc 192), fol. 4 v° : Optatus Milevitanus, lib. VII, 1 [p. 159, 4-17 et 163, 26-164, 2 editionis a Carolo Ziwsa datae in Corp. script. eccl. vol. XXVI, Vindobonae, 1893].

innumerabiles populos in provinciis
universis, sufficiebat et in Africa, licet
in paucis ; sed Deo vestra separatio non placebat quoniam divulsa fuerant unius
corporis membra et contra volumtatem
Dei fratres a fratribus errabatis.
Quamvis domesticum judicium in parentibus vestris operatum est ut ultro
recederent qui pro admisso traditionis
abici debuerunt. Nullum judicium celebratum est sed sententiae est operatus effectus. Pellendi fuerant post
traditionem, de qua sibi in concilio Numidiae confessi sunt, sed ne invidia
esset, excusata est judicandi s(a)everitas dum majores vestri ultro invenerunt
de reatu consilium, ut cooperto crimíne suo quasi superbi discederent, quibus
et dolere et erubescere debebatur.
Illi namque si illorum tempore bono pacis unitas fieret et si ad (a)eclesiam catholicam sponte venissent, non sicut
vos quos non sine volumtate Dei adductos esse constat ut rediretis unde erraveratis, quamvis adhuc erretis,
si ad catholicam ut dixi sponte venissent, quia traditores fuerant,
de talibus recipiendis dubitarent
forsitan nostri majores, sed nobis

In unico Optati folio apparet manus incerta, quae exemplar antiquum reddere non callebat. Tirunculi videntur litterae *a*, *n*, *t*. Praeter voces *Dei*, *Deo*, nulla compendia occurrunt. Utrum septimo an octavo tribuendum sit id fragmentum difficile dictu.

## TABVLAE XCIII-XCIV

CAMERACI. Bibliothecae civitatis codex 470 (olim 441), fol. 140 : Philippus presbyter, *Commentarius in Job*.

mihi pro bonis virtutum retribuerunt ad conspectum
meum ventura sunt ut reddam unicuique secundum ope-
ra sua. Praestulabar[1] lucem et eruperunt tenebrae
lucem me[æ] fidei et sanctorum operum praestulabar et in-
fidelitatis eorum ac vitiorum tenebrae praevaluerunt.
Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie, sive quod
dolore actus intrinsecus animus ejus sollicitudine et
anxietate fer[b]uerit super eorum perditione, sicut ait :
zelus domus tuae comedit me, sive postquam verbum ca-
ro factum est et Deus habitabit[2], in homine Jhesu Salvatore no[stro][3];
interiora ejus id est animae illius motus sine cessatione
divino igne fervebant ; quod *autem*[4] dictum est absque[5] ulla
requie, ita est ut alibi : et requiem non habebant die et
nocte dicentes Sanctus, sanctus, sanctus Dominus, quod autem dicit interio-
ra mea, proinde apostolus de eodem Domino ait : In quo sunt
omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi ; d*eest*[6].
« Maerens incedebam sine furore, consurg[ens] in tub[7] clama[bam]
ita et in euangelio scriptum est : et contristatus est Jhesus super[8]
duritia cordis eorum, quando sine aliquo utique iracun-
diae forore[9] erat, quoniam donare atque concedere peccata

1. Hic et v. seq. corr. *Praestolabar*.
2. Corr. *habitavit*.
3. Pro NO cum lineola, quod sufficiebat, corrector vocem integram reposuit.
4. Compendium scripturae anglo-saxonicae notissimum corrector delevit, conjunctionemque eamdem suprascripsit.
5. Notemus correctoris libidinem, pro litteris que reponentis *q* cum compendio solito.
6. Sic corrector, inserto *d*, monuit lectorem de lacuna quam in margine imo resarcivit.
7. Prius *tumba* unde corrector *turba* effecit.
8. Quanquam voci *super* more anglo-saxonico scriptae nihil deerat, corrector et *u* superscripsit et caudam litterae *p* trajecit.
9. Corr. *furore*.

eorum advenerat non punire, sicut et ipse salvator
« ait : filius hominis venit quaerere et salvum facere quod
« perierat. Ait etiam euangelista : stabat Jhesus et clamab[at]
dicens : Si quis sitit, veniat et bibat, et ipse salvator invitans
ita ait : venite ad me omnes qui laboratis et (h)onerati
« estis et ego reficiam vos. Frater fui draconum et so-
« cius struthionum. Judaeos in euangelio Dominus frequen-
ter serpentes appellat et viperas ita dicens : serpentes
genimina viperarum, et per prophetam ait : ova as-
pidum erumperunt cum malorum generationem
multiplicari videret. Item propheta [alius dicit] : Furor dra-
conum vinum eorum et furor aspidum insanabilis
sed idcirco fratrem eorum se nuncupavit, quoniam de eorum
genere secundum carnem est procreatus, de quibus
ipse salvator ait in psalmo : exter factus sum fratribus
meis

Infra corrector omissa restituit :
hoc *pone :* praevenerunt me dies adflictionis. Dies adflictionis in die judicii erunt in quibus prædictam gentem || indicaturus sum. Sed tamen nunc et in hoc tempore nimis sceleribus suis praevenerunt me, || ut secundum initum judicium meum reddam.....

In margine : Hieronymus — Moyses — quod Christus frater || fuit draco || num et socius stru || tionum.

Ejusdem codicis fol. 160 v° :

flavit inquid spiritus ejus et fluent aquae id est resolventur et defluent, sed sive hic flante Deo sive in psalmo flabit spiritus jubente Deo sive jubebit spiritus, intellegere possumus et quod hic dixerit concrescet gelu, hoc in psalmo superiori versiculo : emittet crystallum suum sicut frusta panis, ita autem hiemali tempore novimus ut flante id est jubente Deo nimio frigore densentur vel etiam concrescant aquae et iterum tempore veris resolvantur secundum mysticos intellectus in praeteritis temporibus [et] generationibus ob meritum suum relinquente Deo genus humanum flatu oris Dei et justitiae ejus manente sententia dum removetur ab igne divino omnis creatura concreta est tamquam gelu et a vera Dei cognitione frigoris sui inmensitate

constricta ; nunc vero per gratiam Domini et salvatoris nostri,
sicut ait Petrus apostolus, tempora ignorantiae dispi-
ciens Deus rursum ab illo algore oblivionis atque duritia cor-
dis quae sicut longi temporis gelu obduraverunt cari-
tatis Dei igne solvuntur aquae populorum ut effluant
« et recurrant ad Deum. Frumentum desiderat nubes
« et nubes spargunt lumen suum, hoc est frumentum
de quo Dominus in euangelio per parabulam loquitur dicens :
colligite zizania fasciculos ad conburendum triticum
autem congregate in horreum meum, et Hieremias
propheta ait : quid paleis ad frumentum ; dicit proin-
de hoc vivum frumentum; doctores quoque ecclesiae qui
velud nuves portant aquas euangelii haurire deside-
rat, sicut et illi qui erant de hoc frumento dominico
habitantes Anthiociae Pissidiæ rogabunt [1] Paulum
et Barnaban ut loquerentur eis verbum Dei quod fe-
cerunt apostoli suadentes ut permanerent in gra-
tia Dei. Cornelius quoque ad Petrum apostolum ait : nunc
ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire om-
nia quaecumque tibi praecepta sunt a Domino, et Moses
ait : excipiat velud pluviam eloquium meum et di
[quaternio] XX

Codex, de quo cf. Augustum Molinier, *Catalogue des mss. des bibl. publ.* XVII, p. 174, more anglo-saxonico exaratus est. Corrector, Saxo ipse, qui suo munere functus est usque ad pag. 113 obliquis lineis verba distinxit, orthographiam restauravit, singulis *a* litteris caput adjecit, saepe compendia male interpretatus est, e. g. voci *quo* linea coronatae (i. e. *quoniam*) substituit *quando* (fol. 11 et 13); aliis locis libidini indulsit pro *uero* restituendo *ui* (fol. 97 et 142 v°), etc. Punctum super Y non ubique apponitur.

## TABVLA XCV

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 2110, fol. 154 : Eugippius, *Excerpta ex operibus Augustini*, CX [p. 389, 17-

1. Corr. *rogabant*.

390, 18 editionis a Pio Knoell datae in Corp. script. eccl. vol. IX, Vindob. 1885].

CXXVI. QUID SIT ET OMNES[1] POPULUS VIDEBAT VOCES. ITEM EX LIBRO QUAESTIONUM EXODI, *titulo* XX.

Et omnis populus videbat voces et lampadas et vocem tubae et montem fumantem. Solet quaeri quomodo populus videbat vocem, cum vox non ad visum sed potius ad auditum pertinere videatur. Sed sicut modo dixi, videatur de omnibus quae a me dicta sunt, sic videre solet pro generali sensu poni, non solum corporis verum etiam animi; unde et illud est : cum vidisset Jacob quia sunt escae in Aegypto, unde utique absens erat. Quamquam nunnulli videre vocem nihil aliud esse arbitrati sunt quam intellegere, qui visus mentis est. Cum vero hic breviter dicendum esset quod populus videbat voces et lampadas et vocem tubae et montem fumantem, quaestio major ore-[2] retur, quomodo audiebat lampadas et montem fumantem, quod pertinet ad sensum videndi; nisi quis dicat nec tam breviter dicendum fuisse ut totum diceretur : audiebat vocem et videbat lampadas et audiebat vocem tubae et videbat montem fumantem. Duo quippe genera vocis erant, et de nubibus sicut tonitrua et de tuba, si tamen ipsam dixit vocem quae de nubibus edebatur; ac per hoc melius in his quae ad sensum audiendi pertinebant generalis sensus est positus, hoc est videnddi, cum breviter totum vellet scriptura complecti, quam ut in his que pertenent ad videndi sensum subintellegeretur auditus : quo more loqui non solemus. Nam vide quid sonat solemus dicere, audi quid luceat non solemus. Usque hic.

CXXVII. DE DIIS ARGENTEIS ET AUREIS FIERI PRAECEPTO PROHIBITIS EX EODEM LIBRO QUESCIONUM EXODI, *titulo* LXXV.

Codex, de quo nulla in editione Pii Knoell mentio, quaternionibus constat propius mediam quam dextram partem marginis imi signatis. Alia numeratio invenitur in prima

1. Corr. *omnis*.
2. Corr. *ori*.

fasciculorum pagina inscripta, ubi medium marginis tenet scil. *prima* (fol. 202 r°), II (fol. 210), III (fol. 218), IIII (fol. 226).

Tituli rubro colore, capitum initia viridibus, flavis, rubris litteris ornantur. Omnia merovingicum aevum declarant. Si respexeris confusionem *e* pro i, nec non syllabam *am* littera *a* cum lineola significatam, facile octavum saeculum agnoscas.

## TABVLA XCVI

OXONII. Bibliothecae Bodleianae cod. Laudii Miscel. 126, fol. 96 v° : Augustinus, *de Trinitate*, libri sexti capitula [ed. Gaume, VIII, 1290].

INCIPIUNT CA
PITULA DE LIBRO VI

I. De eo quod apostolus ait Chr*istu*m Dei virtute*m* et De*i* sapientiam.
II. De patre et filio hoc solu*m* non dicit illud de illo quod non simul ambo sunt. De*us* enim de De*o* bonus, de bono virtus, de virtute quod simul sunt recte dicitur, pater autem de patre aut filius de filio quod non ambo simul sunt non potest dici.
III. De unitate filii cum patre et nostram invicem nobiscum.
IIII. Pares in quacumque virtute non posse in ceteris esse dissimiles ac si haec aequalitas inanimis repperiatur humanis multo incomparabilius eam manere in incommutabili aeternaque substantia quod est De*us* Trinitas.
V. De sp*iritus sancti* unitate cum patre et filio.
VI. De natura corporea et creatura spiritali quod simplices non sint quia nec incommutabiles.
VII. De simplici et incommutabili essentia Dei quamvis multipliciter secundum substantiam nominetur.
VIII. De solo vero Deo patre et filio et sp*iritu sancto*.
VIIII. Trinitatem Deitatis nullo modo triplice*m* esse dicendum quia nec tria ibi plus sunt qua*m* unum nec unum minus quam tria.
X. De sententia *sancti* Helarii qua in Trinitate personarum proprietatem intellegitur demonstrasse. Expli*ciunt capitula* de libro VI.

INCIPIT TEXTUS EIUSDEM

*Quaternio* XII.

Jam supra tab. LII, pag. 92-93 de eo codice locutus sum. Quod ad tempus scripturae attinet, addam *am*, *em*, *um* syllabas sola vocali cum lineola in mediis versibus significatas, cum octavo saeculo congruere.

## TABVLA XCVII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. Nov. acq. 1629, fol. 22 : Isidorus, *Quaestiones in Numeros*, cap. 28-33 [Migne, LXXXIII, 352 sq.].

ligabis eos et vinctos ducis[1] in captivitatem, et de ostibus quondam adq*ue* captivis liberos Dei facies ut repente dicas cum Sion : ego sterelis et non pariens, transmigrata et captiva, et stos qui enutrivit ? ego distituta et sola, et sti ubi erunt ? Porro quod interpretatum est filios stridoris ad illum sensum refert quod timore supplicii, et ejus loci ubi est fletus et stridor dentium, deserentes diaboli vincula Chr*isto* D*omino* credentium turbe colla submittant.
Vicensima nona mansio est in monte Gadgad, qui interprepatur nuntius sive adcintio vel certe concisio ; non enim aliter possumus magistri discipulorum adq*ue* credentium eos facere filios necessitatis, nisi preceptores eorum interfecerimus crudelissimos, in occisione eorum non parcat manus no*stra* armum aut extremu*m* auricule de ore leonis extrahere. Ad vero de nuntio et accintione hec breviter dici potest quod filiis necessitatis grandes ad virtutes stimulos suggeramus, cum eis nuntiaverimus premia futurorum et accin[c]tos inire bella docuerimus ; horum trium quidquid magister fecerit in monte consistit.

Tricensima mansio est in Ietabata, que interpretatur bonitas, que est Chr*istus*.

Tricensima prima mansio est in Ebrona, que interpretatur transitus, id est mundus. De quo apostolus ait : Preterit enim figura hujus mundi. In hunc venientes *sancti* Dei cupiunt ad meliora transire ; de quibus psalmista canit : Et non dixerunt qui preteribant : benedictio D*omini* super vos.
Tricensima secunda mansio est in Asiongaber, qu*ae* transfertur in ligna viri. Possunt hec ligna viri saltum et omnium arborum genera multitudinem gentium figurare ; hucusque solitudo Faran decem et octo continet mansiones, que discrib-

1. Corr. *duces*.

te in cathalogo in superiori itinere non ponuntur.
Tricensima tertia mansio est in deserto Sin, hec est cades;
Sin autem [*sancta*] interpretatur tropo antifransin, sicut lucus,
cum minime luceat, vel bellum quod tamen sit orridum.

*In margine quinquies* replicatio[1]

Codicis hujus miscellanei folia 21 et 22 e manuscripto 27 magni Seminarii Augustodunensis a Gulielmo Libri avulsa sunt. Vid. *Journal des Savants*, 1898, p. 379. Largam libri Augustodunensis descriptionem L. Delisle inseruit in *Bibliothèque de l'École des Chartes* 1898, p. 386-392 (tribus tabulis phototypicis dissertationi separatim editae additis).

## TABVLA XCVIII

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 10399, fol. 2 : Effrem *Paraenesis* (?) e versione latina.

quasi regalem diademam et
propter exiguam rem talem
ac tantam virtutem ad nichi-
lum deduxerunt ; conligata
est enim mens eorum sollicitu-
dinibus terrenorum negotio-
rum et ob hujuscemodi vinculum
adquisita virtus in caelum in-
troire non valuit. Vide ergo, ca-
rissime mihi, ne temetipsum ini-
mico conligatum vinculis tra-
das, neque admirabilem virtu-
tem destruas quam multis la-
boribus adquisisti ; neque cae-
lestium portas eam introire
prohibeas ; et ne coram sponsi
thalamo confusione adoper-
ta consistat, neque per unum
capillum alliges eam ut ad
terrae solum defigatur, sed

1. Quid sic significetur incertum est. At cum prima verba sententiae « vicensima nona » etc. minio superinducta sint, vox « replicatio » ad monendum monachum qui minium addebat inscripta mihi videtur.

Folium tantum unum et dimidium superest hujus codicis, in libro miscellaneo insertum. In margine supero aversae paginae legitur titulus EFFREM litteris uncialibus exaratus.

Miscentur unciales formae *e*, *m* cum semiuncialibus, ut saepe fit octavo saeculo.

2° PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 14 086, fol. 191 v°: Hieronymi *excerpta*.

Gen[*eralia*]. legem neglegunt, post diem judicii erunt
impiorum aeterna supplicia. Justorum
autem vita perpetua metum deinceps
Sac[*erdotes*]. non habens ruinae. Si te blandis
sermonib*us* corripientem peccator audi-
re contempserit, promitte poenas ut
quem non corregit verecundia corri-
gant denunciata supplicia.
Inc*i*p*it* de expositione quattuor prophe-
tarum Abdiae Jonae Nau*e* et Abacuc.
Gen[*eralia*]. Inperitus commentator est qui tam
obscure et dubiae loquitur ut qui eum
legerit incertior recedat quam fu-
Gen[*eralia*]. erat antequam legeret. Commen-

Codex olim Corbeiensis, postea n° 1311 in monasterio S. Germani a Pratis Parisiensi (vid. Benedictinos, *Nouv. traité*, III, 112, 215, 225, etc.) partim semiuncialibus partim merovingicis minusculis characteribus exaratus est. Vide etiam L. Delisle, *Le Cabinet des mss.* pl. XVII, n^is^ 3, 4, 5.

In fine codicis inveniuntur Hieronymi excerpta ejusdem generis quod jam supra (tab. XLI, 2°; pag. 74-75) in codice Lugdunensi, ejusdem etiam aetatis, vidimus, id est flores ad sermones parandos delecti.

3° VERONAE. Bibliothecae Capituli codex X, 8, fol. 39 v° : Augustinus, *Enarratio in Psalmum* 57, [ed. Gaume, IV, 771 C-D.]

experimento disce || quod noluisti praecep- || to, sed vincit cupidi- || tas, cur non potius ve- || ritas? et ubi est quod lo- || quebaris? ecce locutus

|| es mihi meliorem es- || se fidem et in judicio || tuo melius dixisti au- || rum. Non sic judicas si || ut locutus es vera lo- || cutus es, falsa judicas- || ti. Ergo et cum loque- || baris justitiam non || vera loque- baris no- || li sic, si enim vere || justitiam loquimini || recta judicate fili || hominum. || LECTIO TERTIA DECIMA. || LECTIO BEATI AGUSTINI DE || EXPOSITIONE PSALMI SEXAGISIMI || SEXTI.

Q[*uaternio*] V.

Cum semiuncialibus inveniuntur formae unciales, imprimis FMR. Quaterniones non praefixo loco numerantur sed propius longius a media infimi marginis parte.

Quid contineat codex monstravit Aug. Reifferscheid, *Biblioth. patr. ital.* I, p. 17-22.

## TABVLA XCIX

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. lat. 12190 (in Armario XIII, 122), fol. 35 v° : Augustinus, *de consensu euangelistarum*, I, 54-II init. [ed. Gaume, III, 1280].

LIBer

euangelistas sibi scrpsisse contraria
quod parum intellegentibus videre po-
test ut his quaestionibus dissolutis
ex hoc quoque appareat illius capitis
membra non solum idem sentiendo, verum
etiam convenientia scribendo in corpo-
ris ipsius unitate germanam servasse
concordiam. — Ipso adjuvante qui vivit et regnat
in sæcula sæculorum.
AVRelii AGVSTINI EPiscopI DE CON-
CORDIA EVANGELISTARVm
FINIT LIBer PRIMVS. INCiPit
LIBer SECVNDVS PRAECE-
DENTIBVS CAPITULis QUAESTIONUM.

I. Quare usque ad Joseph generatoris Christi commemoratur cum de illius semine Christus non sit natus sed de virgine Maria.
II. Quomodo sit Christus filius David cum ex Joseph filii David concubitu non sit natus.
III. Quare alios progeneratores Christi Matheus enumerat, alios Lucas.
IIII. Quare quadragenta generationes[1] excepto

Codex, olim Corbeiensis, deinde n° 758 in Bibliotheca S. Germani a Pratis. Vid. Benedictinos (*Nouv. traité*, III, 49, 180, etc.) et Leop. Delisle, *Le cabinet des mss.* tab. I, 5, 7, 8.

Hanc paginam addendam duxi, ut simul semiuncialis cum unciali atque titulo appareret, ubi omnia octavum saeculum notant.

## TABVLA C

PARISIIS. Bibliothecae patriae cod. Nov. acq. lat. 1597, fol. 2 : Paterius, *Praefatio in Gregorii opera.* [Migne, LXXIX, 684-685].

judicavit nisi alterius iterum deducti ad medium testimonii evidenti interpraetatione latius edoceret. Actumque est ut hac occasione, sicut praefatus sum, veteris Testamenti tota paene series occulta patisceret[2] quae divini notus adspiratione reserata, famis nostrae esuriem superni pabuli copia satiaret; hujus ergo rei ardenti nimis desiderio provocatus quaedam de eisdem testimoniis coeperam sub quadam brevitate decerpere; aliqua vero neglegendo transire.
Quod dum fieret, sicut conscientia mea mihi testis est, me nolente atque hoc cautius providente ne a quoquam aliquo modo nosceretur, per quosdam ad ejusdem apostolici pontificis nostri notitiam usque pervenit, qui me verbis mox, quibus beatitudo vestra novit, suasoriis atque ad superna trahentibus hortando coepit accendere quatenus hoc quod neglecte coeperam explere studiosius debuissem, ita ut et opus et librum in quo testimonium positum legeretur vel ex qua re ortum esset in tituli ejus

1. Prius *generatores*.
2. Corr. *patesceret*.

praenotatione signaremus; cujus rei pondus mearum ore
viriumⁿ inpossibilitatemⁿ pensans, in ancipiti depraehen-
sus sicut nauta gravi(s) fluctuumⁿ procella turbatur, ad
orationumⁿ ejus portumⁿ pavens fateor fidensqᵘe confugi.
Sciens inpossibile nᵒⁿ fore qᵘod [a] tanto mihi praesole [1] ut
res ad multorumⁿ aedificationemⁿ profutura fieri jube-
retur. Moxqᵘe hoc imperat nos, suffragio provocatus
adsumens quo valui studia veteris ac novi Testamenti,
in unumⁿ testimonia congesta collegi aetiamⁿ, nᵒⁿ solumⁿ nᵒⁿ de
beati Job expositione, sed nec de aliis ejus opusculis quic-
quam curavi, sicut prius facere coeperamⁿ, neglectumⁿ re-
linquere, quae dumⁿ dispᵉrsae sicut quippe (re)pᵉrta fuerant
in scedis suis relata transcurrerem. Visumⁿ mihi eˢᵗ licet
esset laboris inmodici ut unius cujusqᵘe rei testimonia
juxta qᵘod in suis ex ordine sunᵗ sita codicibᵘs, pᵉr libros suos ordi

De eo codice olim Floriacensi, postea n° 51 insignito in Aurelianensi bibliotheca, vid. Leopoldum Delisle, *Catalogue des mss. du fonds Libri*, p. 28-31. Tituli capitalibus rubris, viridibus, flavis ornantur.

Priores duae paginae (fol. 1 v° et 2 r°) solae semiuncialibus litteris, reliquae minusculis exarantur. Specimen dedit L. Delisle, l. l. (tab. V, nⁱˢ 1 et 4), qui in paginis 3 v° ac 180 v° inscriptionem a fure adulteratam legit : « Hic est liber sancti Benedicti abbatis Floriacensis monasterii. Dodo fieri rogavit. »

Notanda est lineola cum puncto, non ubique sed saepe, ad *m* suppressam exprimendam adhibita. Qui modus diutius in Floriacensi quam in ceteris coenobiis viguisse videtur.

1. Corr. *praesule*.

# ADDENDA ET CORRIGENDA

Pag. 10, l. 16, pro *Münch.* lege *Wiener.*

Pag. 26. Ludovicus Traube Monacensis, qui cum Scatone de Vries Leidensi fragmenta quotquot exstant chronici Hieronymiani phototypica arte mox editurus est, me monuit codicem, e quo fragmenta Petaviana tracta sunt, Floriacensem fuisse.

Pag. 34. Codex Ambrosianus C. 39 inf. inscriptionem habet : « ab heredibus Ciceroi una cum multis aliis emptus an. 1605 ». Itaque, ut mihi dixit Antonius Ceriani, v. c., temere eumdem Bobiensem nominavi.

Pag. 100. Cum cod. Paris. 10233 olim in Carnotensi ecclesia servatus fuerit (vid. Delisle, *Le Cabinet des manuscrits,* II, p. 11), etiam fragmentum Bernense Oribasii ad Carnotensem ecclesiam pertinuisse videtur.

# INDEX AVCTORVM


Ambrosius tab. XX, 1°, 2°.
— XXIX, 1°.
— XXXVII.
Antonii itinerarium XLV, 1°.
Augustinus, Civ. Dei VI.
— — LXXXII.
— de Bono conj. LXVII, 2°.
— Conc. euangel. XCIX.
— Confessiones LXXXVIII.
— de Corr. et gratia XXXVIII.
— de doct. Chr. III.
— Epistulae XIX, 2°.
— — XLIX, 4°.
— — LII.
— — LXXVI.
— — XC.
— in ep. Pelag. LXIV, 2°.
— in Genes. LXXXIX.
— in Psalmos V, 2°.
— — XVI.
— — XXII.
— — LXIX, 2°.
— — LXXVII.
— — XCVIII, 3°.
— Sermones LXIX, 1°.
— Speculum LIII.
— de Trinit. XCVI.
— Collat. c. Pasc. LXX, 1°.
Basilius XIX, 2°.
— XXVI.
Biblia. Numeri LXXI.
— Reges XXXVI, 1°.
— — LXXXVII, 2°.
— Psalmi XV, 2°.
— — XLIX, 2°.
— Cant. cant. XLIX, 1°.
— Lib. Sapient. LXV.
— Prophetae LVIII.
— Jeremias I, 2°.
— Ezechiel XXXIV.
Biblia. Daniel tab. LXIV, 1°.
— Euangelia I, 1°.
— — II.
— — XVII, 2°.
— — XXIII.
— — LIX.
— — LX.
— — LXVI.
— Acta apost. XV.
— Paulus, Cor. XIV, 2°.
— — Phil. XXXV.
Cassianus LXXIV.
— LXXV.
Cledonius XVIII, 2°.
Clementis Recognitiones LXXII.
Concilia Galliae XLVII.
— Chalcedon. LXXXIII.
Cyprianus IV, 1°.
— IV, 2°.
— V, 1°.
— (Pseudo) LVI.
Effrem XCVIII, 1°.
Eucherius XLII, 1°.
Eugippius LXXXI.
— XCV.
Facundus-Hermianensis LXXXVI.
Fulgentius XXX.
— LXXIX.
Gaium (Comm. in) LXI.
Gelasius LXVIII, 1°.
Glossae I, 2°. XV, 2°. XXXI.
Gregorius, homiliae LIV.
— — LV.
— — XCI.
— Moralia XXXIII.
— — L.
— — LI.
— Pastoral. XXXIX.
Gromatici XXIV. XXV.
Hieronymus, Chronicon XIV, 1°.

Hieronymus, Chronicon XLIV.
— Vir. ill. LXVII, 1°.
— Epist. XXI.
— — LXXVI.
— ad Jovian. XLIX, 3°.
— ad Marcel. XXXVI, 2°.
— in Psalm. XIX, 1°.
— in Isaiam LXXXIV.
— — LXXXV.
— — XCII, 1°.
— excerpta XLI, 2°.
— — XCVIII, 2°.
Hilarius, Trinit. IX.
— — X.
— — XI.
— in Psalm. XII.
— — XIII, 1°.
— — LXIII.
Isidorus, Sentent. XXXII, 1°.
— Synon. XXXII, 2°.
— — XLV, 2°.
— de natura rer. XV, 1°.
— — XLVIII.
— in Vet. Test. XCVII.
Josephus, Hist. Jud. LXXIII.
Lactantius VIII.
Leo papa LXXXVII, 1°.
Lex Romana Visigothorum LXIII.
— LXXVIII.
Malalianus anonymus XLII, 2°.
Maximinus LXII.
Maximus Taurinensis VII.
— XL.
Optatus Milevitanus XCII, 2°.
Oracula Sibyllina XXXI, 1°.
Oribasius LVII.
Origenes XXVIII.
— XLVI.
— LXXX.
Paterius C.
Philippus in Job XCIII.
— XCIV.
Priscillianus XIII, 2°.
Prosper XVIII, 1°.
Prudentius XVII, 1°.
Rufinus Aquileiensis LXX, 2°.
Cf. Basilius, Clemens, Origenes.
Sacramentarium XLIII, 1°.
— XLIII, 2°.
Vegetius XXXI, 2°
Vigilius Tapsensis LXVIII, 2°.
Vitae Patrum XLI, 1°.

# INDEX BIBLIOTHECARVM


*Augustodunensis.*

Cod. 4. tab. LX.
— 24. LXI, LXXIV, LXXV.
— 107. LXXVII.

*Aurelianensis.*

Cod. 16 (19), fol. 8. XXXVI, 1°.
— — 14. XLIX, 1°.
— — 24. XXXIV.
— — 29 v°-30. XIV, 2°.
— — 31. XXXVI, 2°.
— — 32 v°. XXXV.
Cod. 169 (192), fol. 1 v°. V, 1°.
— — 3. XXVI.
— — 4 v° XCII, 2°.
— — 12 v°. XXIX, 1°.
— — 19 v° XCII, 1°.
— — 27 v°. XXVII.
— — 31 v°. XXXIX, 2°.
— — 33 v°. LXIV, 2°.
— — 35. XLIX, 4°.
— — 38 v°. V, 2°.
— — 40. VIII.
— — 53 v°-54 LXXX, 1°.

*Bernensis.*

Cod. 380. XVIII, 2°.
— F. 219. LVII.

*Berolinensis.*

Phill. 83. XLVII.
— 159. LXXVIII.

*Boloniensis.*

Cod. 32. XX, 2°.

*Cameracensis.*

Cod. 441 (470). XCIII, XCIV.

*Carnotensis.*

Cod. 40 (2). tab. L, LI.
— 52 (78). LIX.

*Einsidlensis.*

Cod. 157. LV.

*Gandavensis.*

Cod. 246. LXXVI.

*Guelferbytana.*

Aug. 36, 23. XXIV, XXV.

*Herbipolitana.*

Mp. th. q. 3. XIII, 2°.

*Leidensis.*

Voss. O. 88 A. LXXX, 2°.
— Q. 110 XIV, 1°.

*Mediolanensis.*

C. 39 inf. XVII, 2°.
C. 105 inf. LXXIII.
D. 26 sup. XVII, 1°.
D. 519 inf. IV, 2°.
E. 147 sup. LXXXIII.
F. 84 sup. XLI, 1°.
O. 210 sup. LXVIII.
S. 45 sup. LXXXIV, LXXXV.

*Oxoniensis.*

Bodleian. Laud. misc. 126 LII, XCVI.

*Parisiensis.*

Lat. 152 XII.
— 1625 XLVI.
— 1732 XXXVII.

Lat. 2110 tab. XCV.
— 2206 XXXIII.
— 2235 XIX, 1°.
— 2630 X.
— 2706 LXXXIX.
— 6400 G XV, LXXI.
— 6413 XXXII, 1°.
— 8907 XI, LXII.
— 9533 LXIX, 2°.
— 9651 XLVIII.
— 10399 XCVIII, 1°.
— 10592 IV, 1°.
— 10593 XIX, 2.
— 11326 XVIII, 1°.
— 11641 XC.
— 12190 IC.
— 12205 XXXVIII.
— 12214 LXXXII.
— 12243 XCI.
— 13047 LVI.
— 13367 LXVII, 2°.
— 14086 XCVIII, 2°.
— 17225 II.
Lat. Nov. acq. 446 XLI, 2°.
— 1586 LVIII.
— 1594 LXIX, 1°.
— 1597 C.
— 1629 XVI, XXVIII, XCVII.

*Petropolitana.*

Cod. Q. V. 1, 3. III.

*Romanae.*

1° Vaticana.

Vat. 3321. XLV, 2°.
— 3375. LXXXI.
— Ottob. 319. XXII.
— Reg. 257. XLIII, 1°.
— — 267. XXX, LXXIX.
— — 317. XLIII, 1°.
— Palat. 277. XLII, 2°.

2° Victoris Emanuelis.

Cod. 1372. LIV.
Cod. 2099. LXXXVIII.
— 2106. LIII.
— 2107. XLII, 1°.
— 2109. XLIX, 3°.

*Sangallensis.*

Cod. 188. XL.
— 193. LXIV, 1°.
— 226. XXXII, 1°.
— 722. LXIII.
— 908. XXXI.
— 912. I, 2°; XV, 2°.
— 1394. I, 1°; XXIII.
— 1395. XLIX, 2°; LXVI, 1°.

*S. Pauli in Carinthia.*

Cod. XXV, c. 48. XX, 1°.
— XXV, d. 65. LXVI, 2°.

*Taurinensis.*

Cod. G. V. 26. LXX.

*Trecensis.*

Cod. 504. XXXIX.

*Valentianensis.*

Cod. 455. XLIV.

*Veronensis.*

Cod. 3. LXXXVII, 2°.
— 4. LXV.
— X, 8. XCVIII, 3°.
— XIII, 11. XIII, 1°.
— XIV, 12. IX.
— XVII, 15. XXI.
— XXII, 20. LXVII, 1°.
— XXVIII, 26. VI.
— XXXVII, 35. LXXII.
— LI, 49. VII.
— LIII, 51. LXXXVI.
— LIX, 57. LXXXVII, 1°.

*Vindobonensis.*

Cod. lat. 181. XLV, 1°.